This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

Тем, что эта книга дошла до Вас, мы обязаны в первую очередь библиотекарям, которые долгие годы бережно хранили её. Сотрудники Google оцифровали её в рамках проекта, цель которого – сделать книги со всего мира доступными через Интернет.

Эта книга находится в общественном достоянии. В общих чертах, юридически, книга передаётся в общественное достояние, когда истекает срок действия имущественных авторских прав на неё, а также если правообладатель сам передал её в общественное достояние или не заявил на неё авторских прав. Такие книги – это ключ к прошлому, к сокровищам нашей истории и культуры, и к знаниям, которые зачастую нигде больше не найдёшь.

В этой цифровой копии мы оставили без изменений все рукописные пометки, которые были в оригинальном издании. Пускай они будут напоминанием о всех тех руках, через которые прошла эта книга – автора, издателя, библиотекаря и предыдущих читателей – чтобы наконец попасть в Ваши.

Правила пользования
Мы гордимся нашим сотрудничеством с библиотеками, в рамках которого мы оцифровываем книги в общественном достоянии и делаем их доступными для всех. Эти книги принадлежат всему человечеству, а мы – лишь их хранители. Тем не менее, оцифровка книг и поддержка этого проекта стоят немало, и поэтому, чтобы и в дальнейшем предоставлять этот ресурс, мы предприняли некоторые меры, чтобы предотвратить коммерческое использование этих книг. Одна из них – это технические ограничения на автоматические запросы.

Мы также просим Вас:

- **Не использовать файлы в коммерческих целях.** Мы разработали программу Поиска по книгам Google для всех пользователей, поэтому, пожалуйста, используйте эти файлы только в личных, некоммерческих целях.
- **Не отправлять автоматические запросы.** Не отправляйте в систему Google автоматические запросы любого рода. Если Вам требуется доступ к большим объёмам текстов для исследований в области машинного перевода, оптического распознавания текста, или в других похожих целях, свяжитесь с нами. Для этих целей мы настоятельно рекомендуем использовать исключительно материалы в общественном достоянии.
- **Не удалять логотипы и другие атрибуты Google из файлов.** Изображения в каждом файле помечены логотипами Google для того, чтобы рассказать читателям о нашем проекте и помочь им найти дополнительные материалы. Не удаляйте их.
- **Соблюдать законы Вашей и других стран.** В конечном итоге, именно Вы несёте полную ответственность за Ваши действия – поэтому, пожалуйста, убедитесь, что Вы не нарушаете соответствующие законы Вашей или других стран. Имейте в виду, что даже если книга более не находится под защитой авторских прав в США, то это ещё совсем не значит, что её можно распространять в других странах. К сожалению, законодательство в сфере интеллектуальной собственности очень разнообразно, и не существует универсального способа определить, как разрешено использовать книгу в конкретной стране. Не рассчитывайте на то, что если книга появилась в поиске по книгам Google, то её можно использовать где и как угодно. Наказание за нарушение авторских прав может оказаться очень серьёзным.

О программе
Наша миссия – организовать информацию во всём мире и сделать её доступной и полезной для всех. Поиск по книгам Google помогает пользователям найти книги со всего света, а авторам и издателям – новых читателей. Чтобы произвести поиск по этой книге в полнотекстовом режиме, откройте страницу `http://books.google.com`.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

H. mon.
588

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IATICVM
Bayerische
Staatsbibliothek

FRANCISCANVM

Complectens narrationem historicam de initiis, & progressu Religionis S.P. Francisci: ejusdem Regulam, & alia Religioso Viatori perpopportuna.

Fr: Benevenuti Liebpert

Dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino, 2. Cor. 5.

VIENNAE AVSTRIAE
Impressum Anno 1655.

Nunc verò, [illegible]

Ad instantiam [illegible] Franciscanorum in Lenzfrid.

Denuo recusum

Cum adiunctis Officijs paruis, per singulos Hebdomadæ dies distributis; Item Litaniis pro Defunctis &c.

Typis Duc. Monast Campidon.
Per Rudolphum Dreherr.

Anno Xpi M. DC. LXIX.

fol: 51

[illegible]

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

VERBA BEATISSIMI PATRIS S. FRANCISCI.

O dilectissimi Fratres, & in æternum benedicti filii, audite me, audite vocem Patris vestri.

Magna promisimus: majora promissa sunt nobis.

Servemus hæc: suspiremus ad illa.

Voluptas brevis: pœna perpetua.

Modica passio: gloria infinita.

Multorum vocatio: paucorum electio.

Omnium retributio.

TABELLA TEMPORANA.

Anni Dñi.	Lit. Dō.	Epactæ.	Septuagesima
1669.	f	XXVII.	17. Feb.
1670.	e	VIII.	2. Febr.
1671.	d	XIX.	25. Ian.
1672.	c b	I.	14 Feb
1673.	A	XII.	29. Ian.
1674.	g	XXIII.	21. Ian.
1675.	f	IV.	10. Feb.
1676.	e d	XV.	2. Febr.
1677.	c	XXVI.	14 Feb
1678.	b	VII.	6. Febr.
1679.	A	XVIII.	29. Ian.
1680.	g f	XXIX.	18. Feb.
1681.	e	X.	2. Febr.
1682.	d	XXI.	25. Ian.
1683.	c	II.	14. Feb.
1684.	b A	XIII.	30. Ian.
1685.	g	XXIV.	18. Feb.
1686.	f	V.	10. Feb.
1687.	e	XVI.	26. Ian.
1688.	d c	XXVII.	15 Feb.
1689.	b	VIII.	6. Febr.

Digitized by Google

Pascha.	Pentecostes.	Corpor. Christi.	Dō. p.P.
21. Apr.	9. Iuni.	20. Iunij	24.
6. Apr.	25. Maii.	5. Iunii	26.
29. Mar.	17. Maii.	28. Maii.	27.
17. Apr	5. Iunii.	16. Iunii.	24.
2. Apr.	21. Maii.	1. Iunii.	27.
25. Mar	13. Maii.	24. Maii.	28.
14. Apr.	2. Iuni.	13 Iunii.	25.
5. Apr.	24. Mai.	4 Iunii,	26.
18. Apr.	6. Iuni	17. Iunij.	24.
10. Apr.	29. Mai	9 Iunij.	25.
2. Apr.	21. Mai.	1. Iunij.	27.
21. Apr.	9. Iunii	20. Iunii.	24.
6. Apr.	25. Maii	5. Iunii.	26.
29. Mar.	17. Maii.	28. Maii.	27.
18. Apr.	6. Iuni.	17. Iunii.	24.
2. Apr.	21. Maii.	1. Iunii.	27.
22. Apr.	10. Iunii	21. Iunii.	24.
14. Apr.	2 Iuni	13. Iunii.	25.
30 Mar.	18. Maii.	29. Maii	27.
18. Apr.	6. Iuni.	17. Iunii.	24.
10. Apr.	29. Mai.	9. Iunii.	25.

Digitized by Google

IANVARIVS.

Lit. Dom.	Dies Mens.	
A	1	Circumcisio Dñi, *dup.*
b	2	*Oct. S. Steph* dup. *cum* com. *octav*
c	3	*Octav. S Ioan. Apost.* dup. com. *Oct. SS. Innoc.* dup.
d	4	*Octav. SS. Innoc.* duplex.
e	5	*Vig. Epiphan.* semid. *cum* com. *SS Telesp. pp. & m.*
f	6	Epiphania Domini, *dup.*
g	7	*De octava Epiphaniæ.*
A	8	*De octava.*
b	9	*De octava.*
c	10	*De octava.*
d	11	*De octav & commm. S. Hygini papæ & mart.*
e	12	*De octava.*
f	13	*Octava Epiphaniæ duplex.*
g	14	Festũ SS. Nominis Iesu, *dup. 2. class. cum* comm. *S. Felicis presb. & mart. in laud. tantum.*
A	15	*Pauli primi Eremit.* sem. *cum* comm. *S. Mauri Abbatis.*
b	16	Berardi, Petri, Accursii, Ad-

Digitized by Google

		Adjuti & Ottonis mart. *dup. 2. claſſ*
c	17	*Antonii Abb.* dup.
d	18	Cathedra S. Petri Romę, *duplex &* commem. *S. Priſcæ Virg. & mart.*
e	19	*Hilarii Epiſcop. & Confeſſ.* ſemid. (*fuit 14. huius*) *cum* comm. *SS. Marii & ſoc. mart.*
f	20	Fabiani, & Sebaſtiani, mart. *duplex.*
g	21	*Agnetis virg. & m.* dup.
A	22	*Vincentii & Anaſt. mart.* ſemid.
b	23	*Marcelli Papæ mart.* ſem. & comm. *Eremit. virg. mart.* (*fuit 16. huius*)
c	24	*Timothei* Ep. & m. ſem.
d	25	Converſio S. Pauli Apoſtoli. *dupl*
e	26	*Polycarpi Ep. & m.* ſem.
f	27	*Ioannis Chryſoſtomi Epiſc. & Conf.* duplex.
g	28	*Agnetis ſecundo.*
A	29	*Franciſci Saleſii Confeſſoris Pontif.* ſemid.

Digitized by Google

FEBRVARIVS.

b	30	*Martinæ virg. & martyr.* semid.
c	31	*Petri Nolaſci Confeſſ. non Pontif.* ſemid.

****

FEBRVARIVS.

d	1	*Ignatii Ep. & mart.* ſem.
e	2	Purificatio B. M. V. *dup.*
f	3	*Blaſii Epiſc. & mart.*
g	4	*Andreæ Corſini Conf. Pont.* ſemiduplex.
A	5	Petri & ſoc. mart. Iapon. *dup. 2. claſſ.*
b	6	*Agathæ virg. & m.* ſem. (*fuit heri*) & comm. *S. Dorotheæ virg. & m.*
c	7	*Romualdi Abbat.* ſem.
d	8	
e	9	*Apolloniæ virg. & mart.*
f	10	
g	11	
A	12	
b	13	
c	14	*Valentini presb. & mart.*
d	15	*Translatio S. Anton. conf. dup.*

Digitized by Google

		dup. *cum* com. *SS. Fauſtini, & Iovitæ, mart.*
e	16	
f	17	
g	18	*Simonis Epiſc. & mart.*
A	19	*Conradi Conf.* ſemid.
b	20	
c	21	
d	22	Cathedra S. Petri Antiochiæ, *duplex*
e	23	*Margar. de Cortona*, ſem. *cum* comm. *Vigiliæ.*
f	24	Matthiæ Apoſtoli, *dup.*
g	25	
A	26	
b	27	
c	28	

In anno Biſſextili Februarius eſt dierũ 29. & Feſtũ S. Matthiæ celebratur 25. Febr. & bis dicitur *ſexto Kalendas*, id eſt die 24. & 25. & littera Dominicalis quæ aſſumpta fuit in menſe Ianuario mutatur in præcedentem, & littera f, bis ſervit, nimirum die 24. & 25.

Digitized by Google

d	1	
e	2	
f	3	
g	4	*Casimiri Conf.* semid. & com. *Lucii pap. & m.*
A	5	
b	6	*Coletæ virg.* sem. *ap. Clar.*
c	7	*Thomæ de Aquino Confess.* dupl. & com. *SS. Perpetuæ, & Felicit. mart.*
d	8	
e	9	*Franciscæ viduæ*, dup.
f	10	*Quadragintæ mart.* sem.
g	11	
A	12	Gregorii Papæ & Conf. Ecclesiæ Doctoris *dup.*
b	13	
c	14	*Translatio S Bonav. Episc. & Eccl. Doct.* dup.
d	15	
e	16	
f	17	*Patricii Episc Conf.*
g	18	
A	19	Ioseph Conf. *duplex.*
b	20	*Ioachim Conf.* dup.
c	21	*Benedicti Abbatis.* dup.

Gabrie-

Digitized by Google

MARTIVS.

d	22	
e	23	
f	24	Gabrielis Archangeli, dupl. *mai.*
g	25	Añunciatio B. M. V. dup.
A	26	
b	27	
c	28	
d	29	
e	30	
f	31	

****

APRILIS.

g	1	
A	2	*Franciſci de Paula Confeſſ.* duplex.
b	3	
c	4	
d	5	*Vincentii Ferrerii Confeſſ.* ſemid.
e	6	
f	7	
g	8	
A	9	

Digitized by Google

b	10	
c	11	*Leonis Pap. Conf.* dupl.
d	12	
e	13	*Hermenegildi Mart.* sem.
f	14	*Tiburtii, Valeriani & Maximi mart.*
g	15	
A	16	
b	17	*Aniceti Pap. & mart.*
c	18	
d	19	
e	20	
f	21	
g	22	*Soteris & Caii Pontif. & mart.* sem.
A	23	*Georgii mart.* semid.
b	24	
c	25	Marci Evang. *duplex*
d	26	*Cleti & Marcellini Pontif. mart.* sem.
e	27	
f	28	*Vitalis mart.*
g	29	*Petri mart.* sem.
A	30	*Catharinæ Senensis virginis* semid.

Philip-

Digitized by Google

b	1	Philippi & Iacobi Apostolorum. *duplex.*
c	2	*Athanasii Ep. & conf.* dup.
d	3	Inventio S. Crucis. *dup.* comm. *SS. Alexandri, mart. ac Iuvenalis Epis. & Conf. in Laud. tantũ.*
e	4	*Monica vidua.*
f	5	
g	6	Ioannis anteportã Lat. *duplex.*
A	7	*Stanislai Ep & mart.* sem.
b	8	Apparitio S Michaëlis Archangeli. *dupl.*
c	9	*Gregorii Nazianzeni Epis. & Conf.* dupl.
d	10	*Gordiani & Epim. mart.*
e	11	
f	12	*Nerei Achillei, & Domit. virg. ac Panc. mart.* sem.
g	13	
A	14	*Bonifacii mart.*
b	15	
c	16	*Vbaldi Episc & Conf.*
d	17	Paschalis conf. *dup. maj.*
e	18	*Transl. S. Bernardini conf.* duplex

Felicis

f	19	*Felicis Conf.* dupl. (fuit heri) & com. *S. Pudentianæ virg.*
g	20	Bernardini Conf. *dupl. 2. claſs.*
A	21	*De octava S. Bernardini.*
b	22	*De octava.*
c	23	*De octæva.*
d	24	*De octava.*
e	25	*Transl. S. P. N. Franciſci,* dupl. *cum* comm. *Oct. & S. Vrbani Pap. & m.*
f	26	*Philippi Nerii Conf.* ſem. *cum* comm. *octav. & S. Eleuth. Pap. & mart.*
g	27	*Octava S. Bernard.* dupl. *cum* comm. *S. Ioannis Pap. & mart.*
A	28	
b	29	
c	30	*Felicis Papæ, & mart.*
d	31	*Petronillæ virg.*

Feriâ ſecundâ Rogat. Tranſlatio S. Didaci Confeſſor. *dupl. maius.*

Mar-

Digitized by Google

e	1	
f	2	*Marcellini, Petri, & Eraſmi martyrum.*
g	3	
A	4	
b	5	
c	6	*Norberti Ep. & conf. ſem.*
d	7	
e	8	
f	9	*Primi, & Feliciani mart.*
g	10	
A	11	*Barnabæ Apoſtoli dup.*
b	12	*Baſilidis Cyr. & c. mart.*
c	13	*Antonii de Padua conf. dupl. 2. claſs.*
d	14	*Baſilii magni Ep. & conf. dup. cum comm. octav. S. Antonii.*
e	15	*De oct. S. Ant. cum comm. SS. Viti & ſoc. mart.*
f	16	*De octava.*
g	17	*De octava.*
A	18	*De oct. cum com. SS Marci & Marcelli. mart.*
b	19	*De octava cum commem. SS. Gervaſii & Protaſii martyrum.*

De

IVNIVS.

c	20	*Oct. S. Antonii* dup. *cum* com. *S. S. Iverii pp & m.*
d	21	
e	22	*Paulini Epiſc. & conf.*
f	23	*Vigilia.*
g	24	Nativitas S. Ioannis Baptiſtæ *duplex.*
A	25	*De octa. Nat. S. Ioan. Bapt.*
b	26	*Ioan. & Pauli mart.* ſem. *cum* comm. *octav.*
c	27	*De octava.*
d	28	*Leonis Papæ & conf.* ſem. *&* comm. *oct & Vigil.*
e	29	Petri & Pauli Apoſtolorum *duplex.*
f	30	Comm. S. Pauli Apoſt. *dup. cum* comm. *octav. Nativ. S. Ioan. Bapt.*

IVLIVS.

g	1	*Octav. S. Ioann. Bapt.* dup. *&* comm. *octav Apoſt.*
A	2	Viſitatio B. M. V. *duplex cum* com *oct. Apoſt. & SS. Proc. & Mart. mart.*

De

b	3	De octav. Apost.
c	4	Elisabeth vidua reg. Port. sem. cum com. octav. Apost.
d	5	De octava.
e	6	Octava. Apost. dupl.
f	7	
g	8	
A	9	
b	10	Septem Fratrum mart. & SS. Rufina ac Secunda mart. semid.
c	11	Pii Papæ & mart.
d	12	Naboru & Felicis. mart. & comm. S. Ioannis Gualberti Abbatis.
e	13	Anacleti Pap. & martyr. semid.
	14	Bonaventuræ Epis. conf. & Eccles. Doct. duplex 2. claß cum com. S. Henrici Imp. conf. in Laud. tantum.
g		
A	15	De octav. S. Bonaventuræ.
b	16	De octava.
	17	Alexii conf. semid. cum comm. octav.

De

c	18	*De octava cum* commem. *SS. Symphoroſa cum ſeptem filiis mart.*
d	19	*De octava.*
e	20	*De octav. cum* commem. *S. Margar. virg. & mart.*
f	21	*Octava S Bonaveni.* dup. *cum* com. *S Praxedis v.*
g	22	Mariæ Magdalenæ *dup.*
A	23	*Apollinaris Epiſc. & mart.* ſemid.
b	24	*Vigil. &* comm. *S. Chriſtinæ virg. & mart.*
c	25	Iacobi Apoſtoli, *dupl. &* com. *S. Chriſtoph. mart. in laud. tantum.*
d	26	Annæ Matris B. M. V. *duplex.*
e	27	*Pantaleonis mart.*
f	28	*Nazarii, Celſi, & Victoris Papæ & mart. & Innocentii Pap. & conf.* ſem.
g	29	*Marthæ virg.* ſemid. & comm. *SS. Felicis & c. mart.*
A	30	*Abdon & Sennen mart.*
b	31	*Ignatii conf.* ſemid.

Petri

c	1	Petri & Vincula, *dup.* & com *SS. Machabæorum mart.*
d	2	Festum S. Mariæ Angelorum, (*Portiuncula dictum*) *duplex* cum comm. *S Stephani pap. & mart.*
e	3	*Inventio S. Stephani prot.* semid.
f	4	*Dominici conf.* dupl.
g	5	Dedicatio S. Mariæ ad Nives, *duplex.*
A	6	Transfig. Domini, *dup.* comm. *SS. Xisti. &c. mart.*
b	7	*Donati Episc & mart.*
c	8	*Cyriaci, Largi, & Smaragdi mart.* semid.
d	9	*Vigilia* & com. *S. Romani mart.*
e	10	Laurentii mart. *duplex.*
f	11	*De octav. S. Laurent.* cum comm. *SS. Tiburtii & Susannæ mart.*
g	12	Claræ Virg. *dup 2. class.*
A	13	*De octav. S. Laurent.* cum comm.

Digitized by Google

		comm. oct. S. Claræ & SS. Hyppoliti & Cassiani, mart.
b	14	De octav. S. Laurent., cum comm. octav. S. Claræ Vigilia. Assumpt. & S. Eusebii conf.
c	15	Assumptio B.M.V. dupl
d	16	Hyacinthi conf. dup. cum comm. oct. Ass. S. Laur & S. Claræ.
e	17	Octava S. Laurentii, dup cum comm. oct Ass. & S. Claræ.
f	18	De oct. Assumptionis cum comm. oct. S. Claræ & S. Agapiti mart.
g	19	Ludovici Episc. & conf dupl. 2. class. cum com diei oct. S. Claræ.
A	20	Bernardi Abbatis dup. cum comm. oct. Ass. & octa S. Ludov. & S. Stephan Reg Vng. conf.
b	21	De octa. Ass. cum comm oct. S. Lud.
c	22	Octava Assumpt. B.M.V duplex

duplex cum comm. oct. S. Lud & SS. Timothei, &c. mart.

d 23 De octava S. Ludov. cum comm. Vigil. in laud.

e 24 Bartholomæi Apoſtoli dupl. Romæ die 25.

f 25 Ludovici Rꝛg. Franc. conf. ſem. cum comm. octavæ S. Lud. Ep.

g 26 Octava S. Ludovici Epiſc. conf. dupl. cum comm. S. Zephir. Pap. & mart.

A 27

b 28 Auguſtini Epiſc. conf. & Eccleſ. Doct. duplex & comm. S. Hermetis mart.

c 29 Decollatio S. Ioannis Baptiſtæ dupl. & com. S. Sabinæ mart.

d 30 Felicis & Adaucti mart.

e 31

Digitized by Google

SEPTEMBER.

f	1	*AEgyd. Abbatis & com. SS. 12. fratrum mart.*
g	2	
A	3	
b	4	
c	5	
d	6	
e	7	
f	8	Nativitas B. M. V. *dupl. & comm. S. Adriani mart. in laud. tantum.*
g	9	*De octa B. Mariæ & com. S. Gorgonii mart.*
A	10	*Nicolai de Tolent. confess. semid. cum commem. octa. B. Mariæ*
b	11	*De octa & com. SS. Proti, & Hyacinthi mart.*
c	12	*De octava.*
d	13	*De octava.*
e	14	Exaltatio S. Crucis, *dup. cum com. oct. B. Mariæ.*
f	15	*Octava Nat. V. B. Mariæ duplex cum commem. S. Nicomedi mart.*
g	16	*Cornelii & Cypriani Pontificum & mart. semid. cum*

Digitized by Google

		cum com. *SS. Euphem. &c. mart.*
A	17	Impreſſio SS. Stigmatũ in corpore B P N. Franciſci, *dup. 2. claß.*
b	18	*Thomæ à villâ novâ, conf. pont.* ſem.
c	19	*Ianuarii Epiſc. & ſocior. mart.* ſemid.
d	20	*Euſtachii & ſoc. mart.* ſem. *cum* comm. *Vigil.*
e	21	Matthæi Apoſtoli & Evangeliſtæ. *duplex.*
f	22	*Mauritii & ſoc mart.*
g	23	*Lini Papæ & mart.* ſemid. *cum* comm. *S. Theclæ virg. & mart.*
A	24	
b	25	
c	26	*Cypriani & Iuſtinæ mart.*
d	27	*Coſmæ & Damiani mart.* ſemid
e	28	*Elzearii conf.* ſem.
f	29	Dedicatio S. Michaëlis Arch *duplex.*
g	30	Hieronymi presb. conf. & Eccl. Doct. *duplex.*

Feſtum

OCTOBER.

A	1	*Festum SS. Angelorum Custodum* dupl. (si non fuerit impedita hæc dies) *cum* commem. *S. Remigii Ep. & conf.*
b	2	*Transl. S. Clarę. virg.* dup.
c	3	
d	4	Solennitas S.P.N. Francisci Conf. *dup. 1. class.*
e	5	*De octav. S.P.N. Francisci cum* comm. *SS. Placidi & soc. mart.*
f	6	*Brunonis conf.* sem. *cum* comm. *octav.*
g	7	*De octa. cum* com. *S. Marci Pap. & conf. & SS. Sergii & soc. mart.*
A	8	*Birgittę vid.* semid. *cum* comm *octav.*
b	9	*Dionysii Rustici & Eleuth. mart.* sem. *cum* com *oct.*
c	10	*De octava.*
d	11	*Octava S.P.N. Francisci duplex.*
e	12	
f	13	Danielis & soc. mart. *dupl. 2. class.*

Callisti

Digitized by Google

g	14	*Calliſti Pap & mart. ſem.*
A	15	*Tereſiæ virg. ſemid.*
b	16	
c	17	
d	18	Lucæ Evang. *dupl.*
e	19	Petri de Alcantara conf. *dupl. maius.*
f	20	
g	21	*Hilarionis Abbat. & com. 9. Vrſulæ & ſociarum virg. & mart.*
A	22	
b	23	Ioãnis Capiſtrani conf. *dup. maius.*
c	24	
d	25	*Chryſanthi. & Dar. mart.*
e	26	*Evariſti Pap. & mart.*
f	27	*Iuonis conf. ſemid cum comm Vigil. in laud.*
g	28	Simon & Iudæ Apoſtol. *duplex.*
A	29	
b	30	
c	31	*Vigilia.*

Digitized by Google

d	1	Festum omnium Sanctorum, *duplex.*
e	2	Commem. omnium fidelium defunct. *dup.* & de oct. omn Sanct.
f	3	*De octava.*
g	4	*Caroli Ep. conf* sem. *cum* comm. *octa.* & *SS. Vitalis* & *Agricolæ mart*
A	5	*De octava.*
b	6	*De octava.*
c	7	*De octava.*
d	8	*Octava omnium Sanctorum* duplex. *cum* comm *SS. Quatuor coron. mart*
e	9	Dedicatio Basil. Salvat *dupl.* & com. *S. Theod mart.*
f	10	*Transl. S. Ludovici Ep. C conf.* dup. *cum* comm *SS. Tryphonis &c. mar*
g	11	Martini Ep. & conf. *dup* & com. *S. Mennæ mar*
A	12	Didaci conf. *dup.* 2. *cla*
b	13	*Martini Pap.* & *mart.* ser *(fuit heri) cum* co *S Didaci.*

De

c	14	De octav S. Didaci.
d	15	De octava.
e	16	De octava.
f	17	Gregorii Thaumaturgi Epiſc. & confeſſ. ſemid. cum comm. octav
g	18	Dedicatio Baſil. Petri & Pauli, dupl cum com. octav.
A	19	Octav. S. Didaci dup. cum commem. S. Pontiani Papæ & mart.
b	20	Eliſabeth vid. ſemid.
c	21	Præſentatio B.M.V. dup.
d	22	Cæciliæ Virg. & m. ſem.
e	23	Clementis Pap. mart. ſem. cum com. S. Feliciſ. m.
f	24	Chriſogoni mart.
g	25	Catharinæ Virg. mart. duplex.
A	26	Petri Alexandri Epiſc. & mart.
b	27	
c	28	Iacobi de Marchia conf. dupl. maius.
d	29	Vig. & com. S Saturn. m.
e	30	Andreæ Apoſtoli, dupl.

Digitized by Google

f	1	*Bibiana virginis & mart.* semid.
g	2	
A	3	*Franciſci Xauerii Confeſſ.* ſemiduplex
b	4	*Barbaræ virg. & m. dupl.*
c	5	*Sabbæ Abbatis* comm.
d	6	Nicolai Epiſc. & conf. *ſemid.*
e	7	*Ambroſii Epiſc. & conf. & Eccl. Doct.* dupl.
f	8	Conceptio B.M.V. virg. *dupl. 1 claſſ. cum* com. *feriæ.*
g	9	*De octa. Conceptionis, cum* comm. *feriæ.*
A	10	*De octav. cum* com. *feriæ & S. Melchiadis Papæ & mart*
b	11	*Damaſi Pap. & conf.* ſem. *cum* comm. *octava & feriæ.*
c	12	*De octava.*
d	13	*Luciæ virg. & mart.* dup. *cum* commem. *octav. & feriæ.*
e	14	*De octav. cum.* com. *feriæ*

Octavæ

Digitized by Google

f	15	*Octava Conceptionis B. M. Virg.* dupl. *cum* comm. *feriæ & S. Eusebii Episc. & mart.*
g	16	
A	17	
b	18	
c	19	
d	20	*Vigilia.*
e	21	Thomæ Apostoli *dupl.*
f	22	
g	23	
A	24	*Vigilia.*
b	25	Nativitas Domini nostri Iesu Christi *dupl.*
c	26	Stephani Protomartyris, *dupl. cum* comm. *octav. Nativ.*
d	27	Ioannis Apostoli & Evangelistæ *duplex cum* comm. *octav.*
e	28	Sanctorum Innocentiũ martyrum, *dupl. cum* comm. *octav.*
f	29	*Thomæ Cantuariensis Episc. & mart.* semidup. *cum* comm. *octavarum.*

g	30	*De Dominica infra octav. Nativ. vel de octa. cum* comm. *aliar. octav.*
A	31	*Sylveſtri Papæ & confeſſ.* dupl. *cum* commem. *octavar.*

****

Epacta 19. nigris numquam eſt in uſu niſi quando eodem anno concurrit cum aureo numero XIX.

DE

DE INITIIS ET PROGRESSV RELIGIONIS S. FRANCISCI.

GLorioſus Chriſti Confeſſor, Seraphicus Pater S. Franciſcus, iecit fundamenta Religionis Minorum (Sic enim ſui Ordinis Fratres appellari voluit) anno per Chriſtum reparatæ ſalutis 1206. Primus verò Religionis inchoatæ dici poteſt annus 1210. quo nimirum eius Regula fuit ab Innocentio III. viuæ vocis oraculo approbata quamvis primum anno 1223. ab Honorio III. fuerit ſcripto confirmata. Pro Symbolo ſpeciali ſui Ordinis delegit B. Pater Paupertatem Altiſſimam; quæ ſcilicet excluderet omnium rerum temporalium

valium proprietatem, non tantum à fratribus in particulari (quòd omnibus Religiosorum Ordinibus competit): sed etiam in communi, à toto Ordine simul sumpto, quod ante hac in Ecclesia DEI post B B. Apostolos auditum non fuit. Erat autem inter primos B. Patris discipulos F. Helias à Cortona, vir mundanæ sapientiæ pollens, ideoque Principibus huius sæculi perquàm familiaris & charus. Is post B Patris transitum, qui in diem 4. Octobris anno 1226. incidit, in Ministrũ Ordinis Generalem electus, allegata impossibilitate servandi Regulam à B. Francisco traditam, impetravit à Sede Apostolica tanti rigoris relaxationẽ, præcipuè circa res pecuniarias. Ex adverso insurrexerunt Regulæ Zelatores, quorum ferventissimus S. Antonius de Padua ei in faciem reitit, & apud summum Pontificem Gregorium IX. tantum effecit, ut F. Heliam amoueritab officio. Interim tamen F Heliæ sequaces, Divinã providentiam humanæ pusillanimitate metientes, introductam relaxationem non dimiserunt. Sed potius adhuc alia

Privi-

Privilegia relaxativa impetrârunt, quale eſt illud Clementis IV. anno 1265. *conceſſum*, quod in temporalibus bonis, in quibus ſuccederent in ſæculo exiſtentes, licitè poſſint ſuccedere, & bonorum ipſorum poſſeſſionem apprehendere, ac vendere liberè bona ipſa, eorúmq; precium in utilitatem ſuam convertere, prout ipſis melius videbitur expedire. *Cui utique cum corpore Religionis non conſenſit S. Bonaventura tunc Ordinis Miniſter Generalis, ut qui Regulam in ſua puritate ſervavit & ſervari curavit.*

Promiſſum namque fuit B Patri à Chriſto Ieſu, nunquam defuturos veros eius Regulæ Obſervatores, & ideò talibus Religio ſemper abundavit. In hu proinde, tanquam pretioſiori parte Corporis Regularis, conſervabatur ſpiritus S. Franciſci, & gliſcebat ſemper deſiderium, vel puram Regulæ ſine privilegiis Obſervantiam in Ordine redintegrandi, vel ſeſe à Communitate ſequeſtrandi. Tales extiterunt F. Caſarius de Spira Germa-

nus & ab eo dicti Cæsareni anno 1244. iterum alii dicti Clareni anno 1294. F. Ioannes de Vallibus cum suis anno 1334. F Gentilis de Spoleto cum suis anno 1350. Vnde etiam, ortū quòd illi qui in Cōmunitate & Monasteriis formalibus habitabant appellarentur Conventuales, ad distinctionem eorum, qui sequestrati in locis angustis & solitariis degentes, Conventum sive Collegium, ob sui paucitatem, non faciebant, & fratres de familia vocabantur. Sed eorum conatus variè diversis temporibus sunt repressi à metuentibus scissuram Ordinis, usque dum Clementissimus Deus eis ostenderit viam & virum huic operi destinatum.

F. Paulus de Trinciis, illustri Trinciorum stemmate ex Germania in Italiam translato in civitate Fulginii natus, ob staturæ humilitatem Paulutius (diminutive Italico) de Fulginio dictus, Religionem S. Francisci ingressus est anno 1323. ætatis suæ 14. Is ex doctrina sui Magistri P. Ioannis de Vallibus. Zelo paupertatis & observantiæ Regularis accensus, impetravit

travit anno 1368. à Ministro Generali locum quendam, Bruliani dictum, ab hominum conversatione remotum & situ asperum (hic Calopodiorum usum ab indigenis agrestibus accepit) ut in eo cum quibusdam sociis ducere posset vitam solitariam, voluntatique & Regulæ S. Francisci conformem; addita etiam facultate plures ad sui consortium suscipiendi.

Comperto hoc accurrerunt statim undique fratres Regulæ fideliter observandæ cupidi, & suo exemplo plurimos excitaverunt in Italia, Gallia, & Hispania, accedentibúsque paulatim pluribus cœnobiolis brevi in famosum sodalitium excreverunt, & floruerũt, ita ut iam communiter appellarentur fratres de Observantia, & præter Vicarios Provinciales, quibus immediatè suberant, pro sui proprio regimine obtinuerint Vicarium Generalem; primò quidem ex Decreto S. Concilii Constantiensis anno 1415 pro Gallia; deinde alium etiam pro Italia & Cismontanis partibus ex mandato D. Eugenii IV. qui denique anno 1446. recenti edita constitutione eis concessit

liberam electionem à ministro Generali independentem, sed tamen ab eo confirmandam, ut hac ratione Ordo maneret unus sub uno Superiori Generali, partim immediatè partim mediantibus duobus eius Vicariis Generalibus. Exinde ipsis Vicariorum regimini subiectis, tanquam Regulam in sua puritate observantibus, stabilitum fuit nomen Fratrum de Observantia, & alius sub Ministrorum obedientia constitutis manssit appropriatum nomen Conventualium.

Primus itaque Vicarius Generalis Fratrum de Observantia in Italia & partibus Cismontanis anno 1438. institutus est S. Bernardinus Senensis: deinde anno 1443. B. Ioannes à Capistrano. Horum utique potissimùm operâ, sanctitate & auctoritate, vires acquisivit Regularis Observantia, & longè latéque se diffundere cœpit, ita ut tempore Iulii II. anno 1509. iam numeraret Provincias 45. Conventus 1250. Fratres 30800. id est, triginties mille & octingentos.

Tanto cœlitus dato incremento permotus summus Pontifex Leo X. instantibus

tibus etiam Maximiliano Imperatore & omnibus fermè Chriſtianitatis Regibus & Principibus, Civitatibus & Communitatibus, ut ordinem S. Franciſci ſuæ tranquillitati & integritati reſtitueret, Capitulũ Generaliſſimum Romæ in Conventu de Ara cæli ad annum 1517. indixit; in quo eum Patres Conventuales Privilegiis relaxativis renunciare nollent, ipſe Spiritu ſancto aſſiſtente omnes Fratres Regulam S. Franciſci in ſua puritate obſervantes in unum Corpus ſub nomine Regularis Obſervantiæ adunavit: ex eis Miniſtrum Generalem totius Ordinis Minorum eligi ſtatuit, eiq; ſic electo ſigillum Ordinis antiquũ, tanquam legitimo ſucceſſori S. Franciſci, tradi mandavit. Fratribus verò Conventualibus in aliud Corpus ſeparatis Privilegia relaxativa cum redditibus & bonis temporalibus confirmavit, aliâ eaq; limitatâ Regulam profitendi formâ præſcriptâ, & Superiorem proprium cum titulo Magiſtri Generalis eligendum, à Miniſtro autẽ Generali totius Ordinis confirmandum conceſſit. Sic emerſerunt duo diſtincti Ordines.

De-

Demùm anno circiter 1526. quidam huius Regularis obſervantiæ Patres duce P. Matthæo de Baſſo (prout tunc licitum erat) ad Patres Conventuales tranſierunt, eorumq; Ordini incorporati ſunt deſiderantes vitam Eremiticam ducere, & hoc modo Regulam S. Franciſci obſervare, P. Matthæus quidem ad obedientiam Regularis Obſervantiæ reverſus in eadem vitam piiſſime finivit, Venetiis in Eccleſia Conventus Vinearum ſepultus; ſed eius ſocii in propoſito perſiſtentes à Clemente VII. anno 1528 die 3. Iulii obtinuerunt Bullam Apoſtolicam cum plena & libera facultate, ut poſſent, ſecundùm Regulam prædictam, vitam Eremiticam ducere; habitum cum Capucio quadrato geſtare: alios ad ſuum conſortium recipere; barbam deferre; & ad Eremitoria ſeu loca quæcunque cum conſenſu Dominorum ſe conferre, & in eis habitare, vitamq; auſteram & Eremiticam inibi agere, & in quibuſcunque locis mendicare, nec non omnibus & ſingulis Privilegiis, indul-

cultis & gratiis Ordini Fratrũ Minorum ac Eremitis Camaldulenſibus B. Romualdi conceſſis & concedendis uti, potiri & gaudere. *Sic à Patribus Conventualibus egreſſi, multiplicari fructuosè cœperunt, & deinde à Paulo III. in nova conſtitutione anno 1536. appellati ſunt* Capucini.

Itaque ſub S. Franciſci Regula & nomine iam militant tres diſtincti Ordines, nempe: Fratrum Minorum Capucinorum: Fr. Min Conventualium, & Fr. Minorum de Obſervantia ſive Regularis Obſervantia (qui vulgò Franciſcani diſcalceati nudi pedes) cum ſuis Congregationibus Reformatis. Horum Miniſter Generalis, ut dictum eſt, tenet antiquum Ordinis ſigillum cum titulo Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, eiq; iuxta præceptum Regulæ obediunt omnes S. Franciſci Regulam abſolutè profitentes, præter Capucinos ex indulto S. Sedis Apoſtolicæ exemptos.

Hæc eius prærogativa fuit quidem ab anno 1625. per ſex fermè annos im-

impugnata; sed adversariorum supplicatione per Sanctissimum ad Sacra Rituum Congregationem remissâ, ibi firmato dubio de consensu partium, ac causâ in plena Congregatione acerrimè discussâ, tandem sacra Congregatio respondit, nihil innovandum esse, & Ministrum Generalem de Observantia legitimè usum fuisse, & uti posse, titulo & Sigillo cum inscriptione Ministri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum; & ita servari mandavit die 22. Martii anno 1631. *Id autem iure merito pro ipso est decretum, quia ipse continua & non interruptâ serie à S. Francisco descendit, &* ipsi Fratres de Observantia & Reformati (*ut in Constitutione Licet aliàs &c. declarat & loquitur Leo X.*) veri & indubitati Fratres Ordinis B. Francisci & eius Regulæ Observatores semper fuerunt, ac Divina favente gratia sunt futuri, sine aliqua interruptione seu divisione, à tempore editæ Regulæ per B. Franciscum usque ad præsens.

De

De habitu Fratrum Minorum ſive Religionis S. Franciſci.

Nec ex Regula S. Franciſci, nec ex certa Ordinis traditione ab antiquo, nec ex declarationibus ſummorum Pontificum, habetur determinata forma aut figura Capucii Fratrum Minorum. Habituum ipſiusmet Seraphici Patris aſſervatur unus Aſſiſii in ede S. Georgii, & alius Florencia, in arca cryſtallina, maxima cum veneratione illorum Sereniſſimorum Ducum. In iſtis habitibus conſpicitur Capucium quadratum, quale nimirum reſultat ex panno quadrato complicato & ſuperius conſuto: hanc verò formam nec ipſe ſemper tenuit, cum diverſos habitus iuxta devotionem offerentium acceptârit, qui non potuerunt eſſe omnes eiuſdem omninò figuræ & menſuræ; nec iam tenet aliquis ipſius Ordinum, quandoquidem ipſe B. Pater in Regula, ut præfertur, circa hoc punctum nihil præſcripſit, & tali quadrato Capucio nec ſincipus nec collum debitè tegitur & ab iniuria caſu ſatis defenditur. Hanc ob

cau-

causam probabiliter aliqui eius cavitatem extenderunt in illam pyramidem quam Patres Capucini assumpserunt: alii pileis remedium quærentes saltem colli nuda protegenda censuerunt illâ Mozetta (ut vocant Itali) per modum collarii ipsu ambiente, quam Franciscani communiter, instar aliorum S. Ordinum, aeferunt. Porrò hanc formam Capucii cum Mozetta etiam tempore ipsius S. Institutoris usitatam fuisse, constat ex statua marmorea S. Antonii Paduæ paulo post eius transitum (anno 1231) erecta, quæ sine dubio fuit efformata ad illum modum quo ipse Sanctus in vita visus est vestitus: ipse autem B. Francisco convixit. Idipsum satis innuit S. Bonatura, Ordinis Minister Generalis, Constitutionibus in Capitulo Generali Narbonensi anno 1260. confectis, in quarum etiam conformitate S. Francisci effigiem cum hoc Capucio Mozetato efformatam, iam S.R.E. Cardinalis & Episcopus Albanensis, in summitate sui baculi Pastoralis collocatam habuit.

At

At vero tandem conſtituit Summus Pontifex IOANNES XXII. prædicto finem dare negocio, *Anno* 1317. *declarationem edidit, qua Miniſtro Generali & Provincialibus commiſit*, arbitrari ac præſcribere cujus formæ ſive figuræ atque ſimilium accidentium eſſe debeant tam habitus fratrum quàm Capucia, *omnibus & ſingulis Ordinis Minorum Fratribus præcipiens in virtute Obedientiæ ac ſub Excommunicationis pœna*, ut ad Mandatum ipſius Generalis deponant quos deferunt habitus, & aliis juxta ipſius Generalis arbitrium, determinationem ſive judicium, induantur. *Itaque forma habitus communiter uſitata, nempe Capucium quadratum cum Mozetta; iuxta Conſtitutiones Capituli Narbonenſis, fuit tunc in toto Ordine Fratrum Minorum acceptata, & exinde per ducentos amplius annos ſola uſurpata, eamq; hodie omnes S. Franciſci inſtitutum profitentes (exceptis Capucinis) uſurpant, nec mutare cogitaverunt Sanctiſſimi*

&

& integerrimi Regulæ Zelatores, Bernardinus de Senis Didacus Complutensis, Ioannes à Capistrano, Iacobus de Marchia, Petrus Regalatus, Petrus de Alcantara, Salvator ab Horta, Paschalis Baylon, Petrus Bap. cum sociis Martyribus Iaponensibus: omnes à S. Sede Apostolica inter Sanctos vel Beatos relati: decus & Corona Ordinis Fratrum Minorum de Observantia.

RE-

REGVLA
ET
TESTAMENTVM
BEATISSIMI PATRIS NOSTRI
S. FRANCISCI.

APPROBATIONIS *Regulæ Teſtimonium,*
ET
Confirmationis initium.
Bulla Domini Papæ Honorii Tertii.

HONORIVS *Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis Filiis,*

Filiis, Fratri FRANCISCO, *& aliis Fratribus de Ordine Fratrum Minorum, salutẽ & Apostolicam benedictionem.*

Solet annuere Sedes Apostolica piis votis & honestis petentium desideriis, favorem benevolum impertiri. Ea propter dilecti in Domino Filii vestriis piis precibus inclinati, Ordinis vestri Regulam à bonæ memoriæ Innocentio Papa prædecessore nostro approbatam, annotatam præsentibus, auctoritate vobis Apostolicâ cõfirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus qua talis est.

IN NOMINE DOMINI incipit Regula & Vita Fratrum Minorum.

CAPIT. I.

REGVLA & vita Fratrum Minorum hæc eſt, ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Evangelium obſervare, vivendo in Obedientia, ſine proprio, & in caſtitate. Frater Franciſcus promittit obedientiam & reverentiam Domino Papæ Honorio, ac Succeſſoribus eius canonicè intrantibus & Eccleſiæ Romanæ. Et alii Fratres teneantur Fratri Franciſco & eius Succeſſoribus obedire.

De his qui volunt vitam istam accipere & qualiter recipi debeant.

Capit. II.

SI qui voluerint hanc vitam accipere & venerint ad fratres nostros, mittant eos ad suos Ministros Provinciales, quibus solummodò & non alijs recipiendi fratres licentia concedatur. Ministri verò diligenter examinent eos de Fide Catholica & de Ecclesiasticis Sacramentis. Et, si hæc omnia credant, & velint ea fideliter confiteri, & vsque in finem firmiter observare; & uxores non habent; vel si habent, & jam Monasterium intraverint uxores, vel licentiam eis dederint, auctoritate Diœcesani Episcopi, voto continentiæ jam emisso; & illius sinætatis uxores, quod non possi de eis oriri suspicio, dicant ei ver-

verbum ſancti Evangelii, quòd vadant & vendant omnia ſua, & ea ſtudeant pauperibus erogare. Quod ſi facere non potuerint, ſufficit eis bona voluntas. Et caveant Fratres & eorum Miniſtri, ne ſolliciti ſint de rebus ſuis temporalibus, ut liberè faciant de rebus ſuis quicquid Dominus inſpiraverit eis. Si tamen conſilium requiratur, licentiam habeant Miniſtri mittendi eos ad aliquos Deum timentes, quorum conſilio bona ſua pauperibus erogentur. Poſtea concedant eis pannos probationis videlicet duas tunicas ſine capucio, & cingulum & brachas, & caparonem uſque ad cingulum niſi eiſdem Miniſtris aliud ſecundùm Deum aliquando videatur. Finito verò anno probationis recipiantur ad obedientiam promittentes vitam iſtam ſemper & Regulam obſervare. Et nullo modo licebit eis de iſta Religione exire, iuxta mandatum Domini Papæ quia ſecundùm ſan-

ctum Evangelium, *nemo mitiens manum ad aratrum & respiciens retrò aptus est regno Dei.* Et illi qui iam promiserunt obedientiam habeant unam tunicam cum capucio & aliam sine capucio, qui voluerint habere. Et qui necessitate coguntur possint portare calceamenta. Et Fratres omnes vestimentis vilibus induantur. Et possint ea repetiare de sacco & aliis petiis cum benedictione Dei.

Quos moneo & exhortor, ne despiciant, neque judicent homines, quos viderint mollibus vestimentis & coloratis indutos, uti cibis & potibus delictis, sed magis unusquisque judicet & despiciat semetipsum.



D

De Divino Officio & jejunio. Et quomodo Fratres debeant ire per mundum.

Capit. III.

Clerici faciant divinum officium secundum Ordinem S. Romanæ Ecclesiæ: excepto Psalterio, ex quo habere poterunt Breviaria. Laici verò dicant viginti quatuor Pater noster, pro Matutino, pro Laudibus quinque, pro Prima, Tertia, Sexta, & Nona, pro qualibet istarum septem, pro Vesperis autem duodecim, pro Completorio septem, & orent pro defunctis.

Et jejunent à Festo omnium Sanctorum, usque ad Nativitatem Domini.

Sanctam verò Quadragesimam, quæ incipit ab Epiphania, usque ad continuos quadraginta dies, quam Dominus suo sancto jejunio consecravit, qui voluntariè

eam jejunant, benedicti sint Domino, & qui nolunt non sint astricti, sed aliam usque ad Resurrectionem Domini jejunent. Aliis autem temporibus, non teneantur nisi sexta feria jejunare. Tempore verò manifestæ necessitatis, non teneantur Fratres jejunio corporali. Consulo verò, moneo, & exhortor Fratres meos in Domino Iheſu Christo, ut quando vadunt per mundum, non litigent, neque contendant verbis, nec alios judicent, sed sint mites, pacifici, & modesti, mansueti & humiles, honestè loquentes omnibus sicut decet. Et non debeant equitare, nisi manifesta necessitate, vel infirmitate cogantur. In quamcunque domum intraverint, primum dicant: Pax huic domui. Et secundùm sanctum Evangelium, de omnibus cibis qui apponuntur eis liceat manducare.

Quod

Quod Fratres non recipiant pecuniam.

Capit. IV.

PRæcipio firmiter Fratribus universis ut nullo modo denarios vel pecuniam recipiant, perse, vel per interpositam personam. Tamen pro necessitatibus infirmorum & aliis Fratribus induendis, per amicos spirituales Ministri tantum, & Custodes solicitam curam gerant, secundùm loca & tempora & frigidas regiones, sicut necessitati viderint expedire, eo semper salvo ut (sicut dictum est) denarios vel pecuniam non recipiant.

De modo laborandi.

Capit. V.

FRatres illi quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter & devotè, ita

quòd excluſo ocio animæ inimico, ſanctæ orationes & devotionis ſpiritum non extinguant, cui debent cætera temporalia deſervire. De mercede verò laboris, pro ſe & ſuis Fratribus corporis neceſſaria recipiant, præter denarios vel pecuniam, & hoc humiliter, ſicut decet ſervus Dei, & paupertatis ſanctiſſimæ ſectatores.

Quod Fratres nihil ſibi appropriant: & de Eleemosyna petenda; & de Fratribus infirmis.

CAPIT. VI.

FRatres nihil ſibi appropriét, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: ſed tanquam peregrini & advenæ in hoc ſæculo, in paupertate & humilitate Domino famulantes, vadant pro Eleemoſyna confidenter. Nec opor-

oportet eos verecundari, quia Dominus pro nobis ſe fecit pauperem in hoc mundo. Hæc eſt illa celſitudo altiſſimæ paupertatis, quæ vos chariſſimos Fratres meos, hæredes & reges regni cælorum inſtituit, pauperes rebus fecit, virtutibus ſublimvit. Hæc ſit portio veſtra quæ perducit in terram viventium. Cui dilectiſſimi Fratres, totaliter inhærentes, nihil aliud, pro nomine Domini noſtri IHESV Chriſti, in perpetuum ſub cælo habere velitis. Et ubicunque ſunt, & ſe invenerint Fratres, oſtendant ſe domeſticos invicem inter ſe, & ſecurè manifeſtet unus alteri neceſſitatem ſuam: quia ſi mater nutrit & diligit filium ſuum carnalem, quanto diligentius debet quis diligere & nutrire Fratrem ſuum ſpiritualem? Et ſi quis eorum in infirmitatem ceciderit, alii Fratres debent ei ſervire, ſicut vellent ſibi ſerviri.

De pœnitentia Fratribus peccantibus imponenda.

Capit. VII.

SI qui Fratrum, instigante inim. co, mortaliter peccaverint, pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter Fratres, ut recurratur ad solos Ministros Provinciales; teneantur prædicti Fratres ad eos recurrere, quàm citius poterunt, sine mora. Ipsi verò Ministri, si Presbyteri sunt, cum misericordia injungant illis pœnitentiam. Si verò Presbyteri non sunt, injungi faciant per alios Sacerdotes ordinis, sicut eis secundùm Deum melius videbitur expedire. Et cavere debent, ne irascantur, & conturbentur propter peccatū alicujus: quia ira & conturbatio in se & in aliis impediunt charitatem.

De

De Electione Generalis Ministri hujus Fraternitatis, & de Capitulo Pentecostes.

Capit. VIII.

VNiversi Fratres unum de Fratribus istius Religionis teneantur semper habere Generalem Ministrum & servum totius Fraternitatis, & ei teneantur firmiter obedire. Quo decedente electio successoris fiat à Ministris Provincialibus & Custodibus in Capitulo Pentecostes. In quo Provinciales Ministri teneantur semper in simul convenire, ubicunque à Generali Ministro fuerit constitutum. Et hoc semel in tribus annis, vel ad aliũ terminum majorem vel minorem, sicut à prædicto Ministro fuerit ordinatum. Et si aliquo tempore appareret Vniversitati Ministrorum Provincialium &

Custodum, prædictum Ministrũ non esse sufficientem ad servitium & communem utilitatem Fratrum, teneantur prædicti Fratres, quibus electio data est, in nomine Domini alium sibi eligere in Custodem. Post Capitulum verò Pentecostes, Ministri & Custodes possint singuli, si voluerint, & eis expedire videbitur, eodem anno in suis Custodiis semel Fratres suos ad Capitulum convocare.

De Prædicatoribus.

CAP. IX.

FRatres non prædicent in Episcopatu alicujus Episcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum. Et nullus Fratrum populo penitus audeat prædicare, nisi à Ministro Generali hujus Fraternitatis fuerit examinatus & approbatus, & ab eo sibi officium prædicationis concessum. Moneo quoque & exhortor eosdem Fratres ut in prædicatione

riore quam faciunt, sint examinata & casta eorum eloquia, ad utilitatem & ædificationem populi: annuntiando eis vitia & virtutes, pœnam & gloriam, cum brevitate sermonis, quia verbum abbreviatum fecit Dominus super terram.

De admonitione & correctione Fratrum.

Cap. X.

FRatres qui sunt Ministri & servi aliorum Fratrum, visitent & moneant Fratres suos, humiliter & charitativè corrigant eos, non præcipientes eis aliquid quod sit contra animam suam & Regulam nostram. Fratres verò qui sunt subditi, recordentur, quod propter Deum abnegaverunt proprias voluntates. Vnde firmiter præcipio eis, ut obediant suis Ministris in omnibus, quæ promiserunt Domino observare, & non sunt

contraria animæ ſuæ & Regulæ noſtræ. Et ubicunque ſunt Fratres qui ſcirent & cognoſcerent, ſe non poſſe Regulam ſpiritualiter obſervare, ad ſuos Miniſtros debeant & poſſint recurrere Miniſtri verò charitativè & benignè eos recipiant, & tantam familiaritatem habeant circa ipſos, ut dicere poſſint eis & facere ſicut Domini ſervis ſuis.

Nam ita debet eſſe quòd Miniſtri ſint ſervi omnium Fratrũ. Moneo verò & exhortor in Domino Iheſu Chriſto, ut caveant Fratres ab omni ſuperbia, vana gloria, invidia, avaritia, cura & ſollicitudine hujus ſæculi, detractione & murmuratione. Et non curent, neſcientes litteras, literas diſcere; ſed attendant, quod ſuper omnia deſiderare debent, habere ſpiritum Domini, & ſanctam ejus operationem: orare ſemper ad Deum puto corde; & habere humilitatem & patientiam in perſecu-

tione

titate & in infirmitate: & diligere eos qui nos persequuntur, reprehendunt & arguunt: quia dicit Dominus: Diligite inimicos vestros, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.

Quod Fratres non ingrediantur Monasteria Monacharum.

Cap. XI.

Præcipio firmiter Fratribus universis, ne habeant suspecta consortia vel consilia mulierum, & ne ingrediantur Monasteria Monacharum præter illos quibus à Sede Apostolica concessa est licentia specialis. Nec fiant compatres virorũ vel mulierum; ne hac occasione inter Fratres vel de Fratribus scandalum oriatur.

De

De euntibus inter Saracenos & alios infideles.

Cap. XII.

QVicunque Fratrum, divina inſpiratione, voluerint ire inter Saracenos & alios infideles, petant inde licentiam à ſuis Miniſtris Provincialibus. Miniſtri verò nullis eundi licentiam tribuant, niſi eis quos viderint eſſe idoneos ad mittendum. Ad hæc per obedientiam in jungo Miniſtris, ut petant à Domino Papa unum de ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, qui ſit Gubernator, Protector, & Corrector iſtius Fraternitatis: ut ſemper ſubditi & ſubjecti pedibus ejuſdem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſtabiles in fide Catholica, paupertatem & humilitatem, & ſanctum Evangelium Domini noſtri Iheſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſervemus.

CON-

CONFIRMATIONIS

Regulæ concluſio.

NVlli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum. Datum Laterani tertio Kalendas Decembris, Pontificatus noſtri anno octavo.

Explicit Regula Fratrum Minorum.

****

INCIPIT TESTAMENTVM PATRIS NOSTRI S. FRANCISCI

DOminus dedit mihi Fratri Franciſco ita incipere face-

re pœnitentiam : quia cum eſ-
ſem in peccatis, nimis mihi vi-
debatur amarum videre Lepro-
ſos : & ipſe Dominus conduxit
me inter illos: & feci miſericor-
diam cum illis. Et recedente me
ab ipſis, id, quod videbatur mihi
amarum, converſum fuit mihi
in dulcedinem animæ, & corpo-
ris. Et poſtea parùm ſteti, & e-
xivi de ſæculo. Et Dominus de-
dit mihi talem fidem in Eccle-
ſiis, ut ita ſimpliciter adora-
rem, & dicerem. *Adoramus te Sanctiſſime Dne Iheſu Chriſte, hîc, & ad omnes Eccleſias tuas, quæ ſunt in toto mundo, & benedicimus tibi, quia per Sanctam Crucem tuam redemiſti mundum.* Poſtea Dominus dedit mihi tantam fidem in Sacerdotibus, qui vivunt ſecundùm formam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, propter ordinem ipſorum, quòd ſi facerent mihi perſecutionem, volo recurrere ad ipſos: Et ſi habèrem tantam ſapientiam, quantam Salomon habuit;, & invenirem pauperculos

culos Sacerdotes hujus ſæculi: in Eccleſiis, in quibus morantur, nolo prædicare, contra voluntatem ipſorum: & ipſos & omnes alios volo timere, amare, & honorare, ſicut Dominos meos: & nolo in ipſis conſiderare peccatum: quia Filium Dei diſcerno in eis, & Domini mei ſunt. Et propter hoc facio, quia nihil video corporaliter in hoc ſæculo de ipſo Altiſſimo Filio Dei, niſi ſacratiſſimum Corpus ejus, & ſanctiſſimum Sanguinem ſuum, quem ipſi cõficiunt, & ipſi ſoli aliis adminiſtrant. Et hæc ſanctiſſima Myſteria ſuper omnia volo honorare, & venerari, & in locis precioſis collocare. Sanctiſſima verò nomina, & verba ejus ſcripta, ubicumq; invenero in locis illicitis, volo colligere, & rogo, quòd colligantur, & in loco honeſto collocentur. Et omnes Theologos, & qui miniſtrant nobis ſanctiſſima verba divina debemus honorare, & venerari, ſicut qui miniſtrant

niſtrant nobis ſpiritum, & vi-
tam. Et poſtquam Dominus de-
dit mihi de Fratribus, nemo o-
ſtendebat mihi, quid deberem
facere: ſed ipſe Altiſſimus reve-
lavit mihi, quòd ego deberem
vivere ſecundùm formam ſancti
Evangelii. Et ego paucis verbis,
& ſimplicibus feci ſcribi: & Do-
minus Papa confirmavit mihi.
Et illi qui veniebant ad recipi-
endum vitam iſtam, omnia quæ
habere poterant, dabant pau-
peribus. Et eramus contenti tuni-
ca una, intus & foris repeciata,
cum cingulo, & brachis: & nole-
bamus plus habere. Officium
dicebamus nos Clerici ſecun-
dùm alios Clericos. Laici dice-
bant *Pater noſter*. Et ſatis liben-
ter manebamus in Eccleſiis. Et
eramus idiotæ, & ſubditi om-
nibus. Et ego manibus meis la-
borabam, & volo laborare, &
omnes alii Fratres firmiter vo-
lo, quod laborent, de laboritio,
quod pertinet ad honeſtatem:
& qui neſciunt diſcant: non pro-
pter

ptercupiditatē recipiendi pretium laboris ; ſed propter bonum exemplum, & ad repellendam otioſitatem. Et quando non daretur nobis pretium laboris, recurramus ad menſam Domini, petendo eleemoſynas oſtiatim. Salutationem mihi Dominus revelavit, ut diceremus. *Dominus det tibi pacem.* Caveant ſibi fratres, ut Eccleſias, & habitacula, & omnia alia, quæ pro ipſis conſtruuntur penitus non recipiant, niſi eſſent ſecundùm ſanctam paupertatem, quã in Regulæ promiſimus : ſemper ibi hoſpitantes, tanquam advenæ, & peregrini. Præcipio firmiter per obedientiam Fratribus univerſis, quòd ubi cunq; ſunt, non audeant petere aliquam litteram in curia Romana, per ſe, vel per interpoſitam perſonam; neque pro Eccleſia ; neque pro aliquo loco ; neque ſub ſpecie prædicationis ; neque pro perſecutione ſuorum corporum : ſed ubicunque non fuerint recepti,

cepti, fugiant in aliam terram ad faciendum ibi pœnitentiam cum benedictione Dei. Et firmiter volo obedire Generali Ministro; & illi Guardiano, quem sibi placuerit mihi dare, & ita volo esse captus in manibus suis, ut non possim ire, vel facere ultra voluntatem suam quia Dñs meus est. Et quamvis sim simplex, & infirmus; tamen volo semper habere Clericum, qui mihi faciat officium, sicut in Regula continetur. Et omnes alii Fratres teneantur per obedientiam obedire Guardanus suis, & facere officium secundum Regulam. Et qui inventi essent, qui non facerent officiū secundum Regulam, & vellent alio modo variare, aut non essent Catholici; omnes Fratres, ubicunque sunt, per obedientiam teneantur, quòd ubicunque invenerint aliquem ipsorum, proximiori Custodi illius loci, ubi ipsum invenerint, debeant præsentare. Et custos te-

ne-

neatur per obedientiam ipſum fortiter cuſtodire, ſicut hominem in vinculis, die noctuque: ita quòd non poſſit eripi de manibus ſuis, donec in propria perſona ſua, ipſum repræſentet in manibus ſui Miniſtri. Et Miniſter teneatur firmiter per obedientiam mittere ipſum per tales Fratres, qui die noctuque cuſtodiant ipſum, ſicut hominem in vinculis, donec repræſentent ipſum coram Domino Oſtienſi, qui eſt Dominus Protector, & Corrector iſtius Fraternitatis. Et non dicant Fratres, hæc eſt alia Regula: quia hæc eſt recordatio, admonitio, exhortatio, & meum Teſtamentum: quod ego Frater Franciſcus, parvulus veſter, facio vobis Fratribus meis benedictis, propter hoc, ut Regulam, quam Domino promiſimus, melius Catholicè obſervemus. Et Generalis Miniſter, & omnes alii Miniſtri & Cuſtodes teneantur per obedientiam in iſtis verbis non addere

dere vel minuere. Et semper hoc scriptum habeant secum juxta Regulam. Et in omnibus Capitulis, quæ faciunt, quando legunt Regulam, legant & ista verba. Et omnibus Fratribus meis Clericis, & Laicis præcipio firmiter per obedientiam, ut non mittant glossas in Regula, nec in istis verbis, dicendo, ita voluit intelligi, sed sicut Dominus dedit mihi purè & simpliciter dicere, & scribere Regulam, & ista verba, ita simpliciter & purè sine glossa intelligatis, & cum sancta operatione observetis usq; in finem. Et quicunque hæc observaverit, in cælo repleatur benedictione Altissimi Patris cælestis, & in terra repleatur benedictione dilecti filii sui, cum sanctissimo Spiritu Paraclito, & omnibus Virtutibus cælorum, & omnibus Sanctis. Et ego Frater Franciscus, parvulus vester, & servus, quantumcunque possum, confirmo vobis intus & foris istam san-

sanctissimam Benedictionem, in æternum Amen.

S. Bernardinus Tractatu

De proprietariis.

1. Violant votum, & proprietarii sunt, qui rem quamcunque aut à quocunque donatam, Prælato in fraudem celant; vel cum præcipit ut reddatur, vel alteri concedatur, aut detur, non statim reddunt.

2. Qui usum rerum Communitatis in proprium usum commutant, aut aliis dant, sine licentia Prælatorum.

3. Qui abscondunt clavem, ne Prælatus quidquam tollat, aut aliud disponat: & si quid tollitur, turbantur & murmurant.

4. Qui deliberatè eo sunt animo ut si quid tolleretur, aut repeteretur, non statim acquiescerent.

5. Item peccant in votum, qui Missam celebrant pro pecuniâ, quando

quando Fratres tunc pro tempore præsenti, vel de proximo imminenti, non habent necesse recurrere ad amicum spiritualem, ut aliquid solvatur, aut ematur.

6. Qui eleemosynam pro necessitate depositam, aut datam nolunt expendere, sed permodum providentiæ in futurum, aut thesaurizationis, reservant, quærentes interim alia.

7. Qui rem habitam reservant superfluè, aut reponunt, nolentes uti, ne destruatur & ut in futuro sibi non deficiat.

8. Qui pecuniam à dantibus in dando specialiter ad certos usus deputatam, commutari faciunt in alios usus, suâ auctoritate, contra expressam voluntatem donantium.

9. Qui ea, quæ ad obsequium mortuorum dantur, vel similia vendunt, aut in aliud commutant suo nomine & auctoritate præter voluntatem & auctoritatem Procuratorum Papæ, aut dantium.

Verba

Verba Beatiſſimi Patris noſtri S. Franciſci.

De humili Servo Dei.

BEatus ille ſervus, qui non tenet ſe meliorem, quando magnificatur & exaltatur ab hominibus, ſicuti quando tenetur vilis, ſimplex, & abjectus, & deſpectus: quia quantum eſt homo coram Deo, tantum eſt, & non plus.

Væ illi Religioſo, qui ab aliis poſitus eſt in alto, & per ſuam voluntatem non vult deſcendere.

Et beatus ille ſervus, qui non ponit ſuam voluntatem ponitur in alto, & ſemper deſiderat ſuq ſe pedibus aliorum.

De bono & vano Religioſo.

BEatus ille Religioſus, qui non habet jucunditatem & lætitiam, niſi in ſanctiſſimis

eloquiis & in operibus Dom
ni & cum his perducit homin
ad amorem Dei, in gaudio,
lætitia, & exultatione

Væ illi Religioso, qui delec
tur in verbis otiosis & vanis,
in his perducit homines ad
sum.

De Correctione.

BEatus servus, qui disci
nam, accusationem, & rep
hensionem ita patienter ab
quo sustinet, sicut à semeti
Beatus servus, qui repreh
sus, benignè acquiescit, ve
cundè obtemperat, humil
confitetur, libenter satisfac
Beatus servus, qui non es
lox ad se excusandum, & hu
liter sustinet, verecundia
reprehensionem de peccato
non commisit culpam.

De perfecta obedienti

DIcit Dominus in Evang
Qui non renuntiaverit om

quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Et, *qui voluerit animam suam salvam facere, perdit eam.* Ille homo renuntiat omnibus quæ possidet, & perdit corpus suum, qui seipsum totum præbet ad obedientiam in manibus sui Prælati; & quidquid facit aut dicit, quod ipse sciat quòd non sit contra voluntatē ejus (dum bonum est quod facit) vera obedientia est. Et quando subditus viderit meliora, & utilia animæ suæ, quàm ea quæ suus Prælatus præcipiat, suam voluntatem sacrificet Domino: & quæ sunt Prælati opera, studeat adimplere. Nam hæc est charitativa obedientia, quæ Deo & proximo seipsum sacrificium facit. Si verò Prælatus præcipiat aliquid subdito contra animam suam licet ei non obediat, tamen eum non dimittat. Et si ab aliquibus persecutionem ideò sustinuerit, magis illos diligat propter Deum. Nam qui potiùs persecutionem sustinet, quàm

velit à ſuis Fratribus ſeparari, verè permanet in perfecta obedientia, quia ponit animam ſuam pro fratribus ſuis. Sunt multi Religioſi, qui ſub ſpecie videndi meliora quàm quæ ſui Prælati præcipiunt, aſpiciunt retrò, & ad vomitum propriæ voluntatis redeunt. Hi homicidæ ſunt, & propter ſua mala exempla, multas animas perdere faciunt.

EXERCITIVM MATVTINVM.

1. Sis gratus. 2. Cor offer. 3. Opus diſpone futurũ. 4. Vita peccatum. 5. Subſidiumq; pete.

CVm evigilas, ſtatim omnes cogitationes tuas abiice de corde tuo, & ſomnia quæ paſſus es nocte quibus te diabolus vellet occupare, & primitias cogitationum tuarum

rum offer Deo, in cogitatione vel aliqua bona meditatione cum corporis exercitatione vel genuflexione donec aliquem affectum devotionis concipias, & cogitationes vanas, quæ tunc maximè infestant mentem à te abijcias, & ex hoc eris ad omne opus devotior & expeditior tota die. S. Bonavent. tr. de int. hom. p. t. c. 4.

Poteris ergo ſecundùm illa 5. Puncta ſtatim ut experge-factus es dicere.

BEnedicta ſit Sancta & individua Trinitas, nunc & ſemper, & per infinita ſæculorum ſæcula. Confitebimur ei quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam. Cantabo Domino, quia bona tribuit mihi, & pſallam nomini Domini Altiſſimi.

2. Paratum cor meum Deus paratum cor meum, cantabo & pſalmum dicam. O Domine quia ego ſervus tuus, ego ſervus tuus & filius ancillæ tuæ.

3. Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didici judicia juſtitiæ tuæ. Iuſtificationes tuas cuſtodiam, non me derelinquas uſquequaque. Nonnè Deo Conditori, Redemptori, Conſervatori meo ſubjecta erit anima mea? ab ipſo enim ſalutare meum.

4. Ero immaculatus cum eo & obſervabo me ab iniquitate mea, & retribuet mihi Dominus ſecundum juſtitiam meam, & ſecundùm puritatem manuũ mearum.

5. Auditam fac mihi manè miſericordiam tuam, quia in te ſperavi, notam fac mihi viam in qua ambulem, quia ad te levavi animam meam.

Deinde ad Orationem compoſitus, vel ad Chorum pergens poteris ita orare, ad Deo Patri pro nocturna cuſtodia gratias agendas.

Gra-

GRatias ago clementiæ tuæ Omnipotens æterne Deus, fons bonorum omnium, quòd me indignum hac nocte conſervaſti, & ad præſentis diei principium incolumem perduxiſti. Tuam Majeſtatem reverenter pro me ſalutent beati Spiritus, & Sancti omnes, tuumque glorioſum nomẽ ob collata tua in me infinita beneficia celebrent. Sed & omnes te creaturæ pro nobis collaudent, ut quovis momento temporis & in ſæcula benedicaris, Amen.

Ad Iheſum Chriſtum Redemptorem pro gratia rectè diem auſpicandi.

DOmine Iheſu Chriſte cuſtodi me precor, hodierna die ab omni peccato, & concede gratiam, ad laudem tuam omnia feliciter auſpicandi & abſolvendi. Commendo tibi ſanctam Eccleſiam tuam, ac totius mundi populum

pulum cum Catholicis omnibus, vivis ac defunctis. Commendo meos parentes, fratres ac sorores, benefactores, amicos, & alios pro quibus precari debeo. His omnibus peto tuam gratiam, protectionem assiduã, & vitam dari æternam, miserere mei Domine ac omnium peccatorum.

Imploratio gratiæ Spiritus sancti.

IMple me Spiritu tuo misericordissime Deus, ut nihil cogitem, loquar vel agam hac die, nisi quod tibi sit acceptum, & cedat ad nominis tui gloriam, & ad animæ meæ vel proximorum salutem. Spiritus sancte Deus illumina me in tenebris, in afflictionibus consolare, in tentationibus opitulare, in virtutibus promove, adversus vitia defende.

Ad B. V. Mariam pro Tutela.

O Domina mea S. Maria, me in tuam benedictam fidem ac ſingularem cuſtodiam, & in ſinum miſericordiæ tuæ, hodie & quotidie, & in hora exitus mei, animam meam & corpus meum tibi commendo, omnem ſpem meam & conſolationem meam, omnes anguſtias & miſerias meas, vitam & finem vitæ meæ tibi committo, ut per tuã ſanctiſſimam interceſſionem, & per tua merita, omnia mea dirigantur & diſponantur eloquia, cogitationes, & opera, ſecundùm tuam tuíque Filii voluntatem, Amen.

Maria mater gratiæ,
Mater miſericordiæ,
Tu nos ab hoſte protege,
Et hora mortis ſuſcipe.

Ad S. Angelum Cuſtodem.

BBſecro te Angelice Spiritus,

Custos ac tutor meus fidelis, ut in via pacis, prosperitatis & salutis te duce hodie dirigar, atque ab omni spiritu malo, gravique tentatione defendar. Peto etiam te favente præsidium dari, ut secundùm Dei voluntatem vitia fugiam, & virtutes Christianas exerceam, quoad nostrũ communi Domino in cælesti patria tecum assistam ac serviam, Amen.

Ad S. P. N. Franciscum.

SAlve sancte Pater patriæ lux, forma Minorum, virtutis speculum, recti via, regula morum. Carnis ab exilio duc nos ad regna polorum.

℣. Ora pro nobis, *&c.*

Oratio ut infra post Litanias.

DIvina Majestas & una Deitas, Pater †, & Filius †, & Spiritus sanctus †, ab omni mortali peccato & scandalo, ab hostibus visibilibus & invisibilibus,

libus, à ſubitanea, mala, & æterna morte, à periculis corporis & animæ nos liberet, & Catholicos omnes ubique locorum in vera fide & obedientia ſancta cuſtodiat, Amen.

PRÆPARATIO AD MISSAM.

Quæ dicitur

Acceſſus Altaris.

Antiph. Ne reminiſcaris Domine delicta noſtra vel parentum noſtrorum; neque vindictam ſumas de peccatis noſtris.

Quæ Antiphona in Feſtis duplicibus tantum, duplicatur: & tempore Paſchali additur in fine, Alleluja. *Deinde dicuntur ſequentes Pſalmi.*

Pſalmus. 83.

QVam dilecta tabernacula tua,

tua, Domine virtutum! concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum & caro mea: exultaverunt in Deum vivum

Etenim paſſer invenit ſibi domum: & turtur nidum ſibi: ubi reponat pullos ſuos.

Altaria tua Domine virtutum: Rex meus, & Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua Domine: in ſæcula ſæculorum laudabunt te.

Beatus vir, cujus eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum, in loco quem poſuit.

Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorum in Syon.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Iacob.

Protector noſter aſpice Deus: & reſpice in faciem Chriſti tui.

Quia melior eſt dies una in atriis tuis: ſuper millia.

Elegi

Elegi abjectus eſſe in domo Dei mei: magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia miſericordiam, & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo, qui ſperat in te. Gloria. *&c.*

Pſalmus 84.

BEnedixiſti, Domine, terram tuam: avertiſti captivitatem Iacob.

Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ: operuiſti omnia peccata eorum.

Mitigaſti omnem iram tuam: avertiſti ab ira indignationis tuæ.

Converte nos Deus ſalutaris noſter: & averte iram tuam à nobis.

Numquid in æternum iraſceris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem?

Deus tu converſus vivificabis nos:

nos:& plebs tua lætabitur in te.

Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam; & ſalutare tuũ da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus:quoniam loquetur pacem in plebem ſuam.

Et ſuper ſanctos ſuos: & in eos qui convertuntur ad cor.

Verumtamen prope timentes eum ſalutare ipſius: ut inhabitet gloria in terra noſtra.

Miſericordia &veritas obviavérunt ſibi: juſtitia,& pax oſculatæ ſunt.

Veritas de terra orta eſt; & juſtitia de cælo proſpexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra noſtra dabit fructum ſuum.

Iuſtitia ante eum ambulabit: & ponet in via greſſus ſuos.

Gloria *&c*. *Pſal*. 85.

INclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops & pauper ſum ego.

Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum: ſalvum fac ſer-

ſervum tuum Deus meus ſperantem in te.

Miſerere mei Domine, quoniam ad te clamavi tota die: lætifica animam ſervi tui, quoniã ad te Domine animam meam levavi.

Quoniam tu Domine ſuavis & mitis: & multæ miſericordiæ omnibus invocantibus te.

Auribus percipe orationem meam: & intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clamavi ad te: quia exaudiſti me.

Non eſt ſimilis tui in diis Domine: & non eſt ſecundùm opera tua.

Omnes gentes quaſcunque feciſti, venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu; & faciens mirabilia: tu es Deus ſolus.

Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua, lætetur cor meum: ut timeat nomen tuum.

Con-

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in æternum.

Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus, iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentiū quęsierunt animam meam: & non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu Dñe Deus miserator & misericors: patiens, & multæ misericordiæ, & verax.

Respice in me, & miserere mei: da imperium tuum puero tuo, & salvum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut videant qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu Domine adjuvisti me, & consolatus es me. Gloria Patri, &c.

Psalmus 115.

CRedidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.

Ego

Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino: pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem ſalutaris accipiam; & nomen Dñi invocabo.

Vota mea Dño reddam coram omni populo eius: pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius.

O Dñe quia ego ſerv' tuus: ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis: & nomen Dñi invocabo.

Vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi eius: in atriis domus Domini, in medio tui Ieruſalem.

Gloria Patri, *&c.*

Pſalmus 129.

DE profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam. *&c.*

Antiph. Ne reminiſcaris Domine, delicta noſtra: vel parentum noſtrorum: neque vindictam ſumas de peccatis noſtris.

Poſteà

Posteà Sacerdos dicit. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Ego dixi Domine, miserere mei. ℟. Sana animam meam, quia peccavi tibi. ℣. Convertere Domine aliquantulum. ℟. Et deprecare super servos tuos. ℣ Fiat misericordia tua Domine super nos. ℟. Quemadmodum speravimus in te. ℣. Sacerdotes tui induantur justitiam. ℟. Et Sancti tui exultent. ℣. Ab occultis meis munda me Domine. ℟. Et ab alienis parce servo tuo. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor &c. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum &c.

Oremus.

AVres tuæ pietatis mitissime Deus, inclina precibus nostris, & gratiâ sancti Spiritus illumina cor nostrum; ut tuis mysteriis dignè ministrare, teque æterna charitate diligere mereamur.

Deus,

DEus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet ſecretum, purifica per infuſionem ſancti Spiritus cogitationes cordis noſtri: ut te perfectè diligere, & dignè laudare mereamur.

VRe igne ſancti Spiritus renes noſtros, & cor noſtrum, Domine: ut tibi caſto corpore ſerviamus, & mundo corde placeamus.

MEntes noſtras, quæſumus Domine, Paraclitus, qui à te procedit, illuminet: & inducat in omnem, ſicut tuus prômiſit Filius veritatem.

ADſit nobis, quæſumus Domine, virtus Spiritus ſancti: quæ & corda noſtra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adverſis.

DEus, qui corda Fideliũ ſancti Spiritûs illuſtratione docuiſti: Da nobis in eodẽ Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere.

Con-

COnscientias nostras, quæsumus Domine, visitando purifica: ut veniens Dominus noster Iesus Christus Filius tuus, paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum, Amen.

GRATIARVM ACTIO *post Missam.*

Ant. Trium puerorum cantemus hymnum: quem cantabant Sancti in camino ignis, benedicentes Dominum.

Quæ Antiphona in Festis duplicibus tantum duplicatur: & tempore Paschali additur in fine Alleluja.

Canticum trium Puerorum.

Dan. 3.

BEnedicite omnia opera Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sęcula. *&c.*

Psalmus 150.

LAudate Dominum in Sanctis eius: laudate eum *&c.*

Antiph.

Antiph. Trium puerorum cantemus hymum: quem cantabant ſancti in camino ignis, benedicentes Dominum.

Deinde Sacerdos dicit: Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon Kyrie eleiſ. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua. ℟. Et Sancti tui benedicant tibi. ℣. Exultabunt Sancti in gloria. ℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Non nobis Domine, non nobis. ℟. Sed nomini tuo da gloriam. ℣. Domine exaudi, &c. ℟. Et clamor &c. ℣. Dominus vobiſcum. &c.

DEus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium: Concede propitius: ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

ACtiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præveni, & adjuvando proſequere, ut cuncta noſtra oratio, & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur.

Da

DA nobis quæsumus Domine vitiorum nostrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio Martyri tuo tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Sui ipsius, vna cum Sacratissima Hostia, oblatio ad obtinendam remissionem peccatorum.

DOmine Deus noster, Iesu Christe, in simplicitate cordis mei offero me ipsum tibi hodie in servum sempiternum, in obsequium & sacrificium laudis perpetuæ. Suscipe me cum hac sancta oblatione tui pretiosi corporis & sanguinis, quam tibi hodie in præsentia Angelorũ invisibiliter assistentium offero, ut sit mihi & cuncto populo tuo in salutem. Domine, offero tibi omnia peccata & delicta mea, quæ commisi co-

ram

ramte, & ſanctis Angeſis tuis, à die quo primùm peccare potui uſque ad diem hunc, ſuper placabili Altari tuo, ut tu omnia pariter incendas, & comburas igne charitatis tuæ, & deleas univerſas maculas peccatorum meorum, & conſcientiam ab omni delicto emundes, & reſtituas mihi gratiam tuam, quam peccando amiſi, omnia mihi indulgendo, & in oſculum pacis me miſericorditer aſſumendo. Quid poſſum agere pro peccatis meis, niſi humiliter ea confitendo & plorando, tuam propitiationem inceſſanter deprecari? Deprecor te, exaudi me propitius, Deus meus; omnia peccata mea mihi maximè diſplicent, nolo ea unquam amplius perpetrare, ſed pro eis doleo, & dolebo quamdiu vixero, paratus pœnitentiam agere, & pro poſſe ſatisfacere. Dimitte mihi, Deus, dimitte mihi, peccata mea, quē precioſo Sanguine tuo redemiſti. Ecce committo me miſeri-

cor-

cordiæ tuæ, resigno me in manibus tuis, age mecum prout vis. Offero etiam tibi omnia bona mea quamvis valdè pauca & imperfecta, ut tu ea emendes, atq; sanctifices, ea grata habeas, accepta tibi facias, & semper ad meliora me trahas nec non ad beatum & laudabilem finem me pigrum & inutilem perducas.

Oblatio Missæ pro commemoratione Passionis ac mortis Christi ex S. Bonaventura.

ECce cælestis Pater, recolens mortẽ illam unigeniti Filii tui Domini nostri Iesu Christi offero tibi hanc hostiam, quam ipse olim obtulit pro mea & totius mundi salute. Ecce ad altare tuę majestatis transmitto oblationem vivam, quam tu in miseratione multa misisti ad altare crucis immolandam pro nobis.

Re-

Recordare illius ſacroſancti ſudoris, quaſi guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Reſpice illam virgineam carnem, verberibus crudeliter flagellatam, ſanguine cruentatam, ſpinis perforatam, clavis confixam, lancea vulneratam. Illa ergo pietas, quæ Filium tuum traxit de cœlo, & effecit, ut in ſtatera Crucis totius mundi peccata librares, ipſa te cogat, Pater miſerere nobis miſeris. Reſpice obſecro non noſtra peccata, ſed in faciem Chriſti tui. Non enim in juſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam, ſed in multitudine miſerationum tuarum.

Pro proximis oblatio.

OPfero tibi Domine Deus, omnia deſideria deuotorũ, neceſſitates parentum, fratrũ, propinquorum, amicorum, omniũq; charorũ meorum, & eorum qui mihi vel aliis propter amorem

tuum benefecerunt, & qui orationes & Missas pro se suisque à me dici desiderauerunt, sive in carne adhuc vivant, sine jam sæculo defuncti sint ut omnes sibi auxilium gratiæ tuæ, opem consolationis, protectionem à periculis, liberationem à pœnis, advenire sentiant, & ut ab omnibus malis erepti gratias tibi magnificas læti persolvant. Offero etiam tibi preces & hostias placationis pro illis specialiter, qui me in aliquo læserunt, contristaverunt, aut vituperaverunt, vel aliquod damnum & gravamen intulerunt. Pro his quoque omnibus, quos aliquando contristavi, conturbavi, gravavi scandalizavi, verbis, factis, scienter & ignoranter; ut nobis omnibus pariter indulgeas peccata nostra & mutuas offensiones. Aufer Domine à cordibus nostris omnem suspicionem, indignationem, & dissensionem, & quidquid potest charitatem lædere, & fraternam dilectionem minuere. Miserere

Do-

Domine IESV Chriſte, miſericordiam tuam poſcentibus, da gratiam indigentibus, & fac nos tales exiſtere, ut ſimus digni gratia tua perfrui, & ad vitam proficiamus æternam, Amen.

Alia Oratio ante Miſſam, vel ſacram Communionem.

AD menſam dulciſſimi convivii tui, pie Domine Ieſu Chriſte, ego peccator de propriis meritis nihil præſumens, ſed de tua confidens miſericordia & bonitate, accedere vereor & cõtremiſco. Nam cor & corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem & linguam non cautè cuſtoditam. Ergo ô pia Deitas! ô tremenda majeſtas! ego miſer inter anguſtias deprehenſus, ad te fontem miſericordiæ recurro, ad te feſtino ſanandus, ſub tuam protectionem fugio; & quem judicem ſuſtinere nequeo, Salvatorem habere ſuſpi-

ſpiro. Tibi Domine, plagas meas oſtendo: tibi verecundiam mei detego. Scio peccata mea multa & magna, pro quibus timeo. Spero in miſericordias tuas, quarum non eſt numerus. Reſpice ergo in me oculis miſericordiæ tuæ Domine Ieſu Chriſte, Rex æterne, Deus & homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me ſperantem in te: miſerere mei pleni miſeriis & peccatis, tu qui fontem miſerationis nunquam manare ceſſabis. Salve ſalutaris victima, pro me & omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salve nobilis & pretioſe Sanguis, de vulneribus crucifixi Domini mei Ieſu Chriſti profluēs, & peccata totius mundi abluens. Recordare Domine creaturæ tuæ, quam tuo Sanguine redemiſti. Pœnitet me peccaſſe, cupio emendare quod feci. Aufer ergo à me, clementiſſime Pater, omnes iniquitates & peccata mea: ut purificatus mēte & corpore, dignè deguſtare merear San-

Sancta Sanctorum, & concede, ut ſancta prælibatio Corporis & Sanguinis tui, quam ego indignus ſumere intendo, ſit peccatorum meorum remiſſio, ſit delictorum perfecta purgatio, ſit turpium cogitationum effugatio, ac bonorum ſenſuum regeneratio, operumque tibi placentium ſalubris efficacia, animæ quoque & corporis contra inimicorum meorum inſidias firmiſſima tuitio, Amen.

Oratio dicenda ante Miſſam.

DOmine Deus noſter, emitte manum tuam de ſancto habitaculo tuo, & corrobora me ad propoſitum miniſterium tuum, ut citra condemnationem aſſiſtam metuendo altari, & immaculatum ſacrificium peragam, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Ad Beatissimam Virginem MARIAM.

O Mater pietatis & misericordiæ Beatissima Virgo Maria, ego miser & indignus peccator ad te confugio toto corde & affectu: & precor pietatem tuam, ut sicut dulcissimo Filio tuo in cruce pendenti adstitisti, ita & mihi misero peccatori & Sacerdotibus omnibus, hîc, & in tota sancta Ecclesia hodie offerentibus, clementer assistere digneris, ut tua gratia adjuti dignam & acceptabilem hostiam in conspectu summæ & individuæ Trinitatis offerre valeamus, Amen.

Ad Sanctum vel Sanctam cujus eo die festum celebratur.

O Sanct. N. ecce ego miser peccator de tuis meritis confisus,

sus, offero nunc sacratissimum Sacramentum Corporis & Sanguinis Domini nostri Iesu Christi, pro tuo honore & gloria: precor te humiliter & devotè, ut pro me hodie intercedere digneris, ut tantum sacrificium dignè & acceptabiliter offerre valeam; & cum tecum & cum omnibus electis ejus æternaliter laudare atque cum eo regnare valeam. Qui vivit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

Gregorius XIII. Pont. Max. concessit cuilibet dicenti quæ sequuntur, quinquaginta annorum Indulgentiam.

EGo volò celebrare Missam & conficere corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, juxta Ritum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ad laudem omnipotentis Dei, totiusque curiæ triumphan-

tis, ad utilitatem meam totiusque curiæ militantis, pro omnibus qui se commendaverunt orationibus meis, in genere & in specie, & pro felici statu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Amen.

Gaudium cum pace: emendationem vitæ, spacium veræ pœnitentiæ, gratiam, & consolationem sancti Spiritus, perseverantiam in bonis operibus tribuat nobis omnipotens & misericors Dominus, Amen.

Oratio S. Thomæ post celebrationem & communionem dicenda.

GRatias ago tibi Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus, qui me peccatorem indignum famulum tuum, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ satiare dignatus es pretioso Corpore & sanguine Filii tui Domini nostri IESV Christi, & precor, vt hæc sancta

&a Communio non ſit mihi reatus ad pœnam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & ſcutum bonæ voluntatis. Sit vitiorum meorum evacuatio, concupiſcentiæ & libidinis exterminatio, charitatis, & patientiæ, humilitatis & obedientiæ omniumque virtutum augmentatio: contra inſidias inimicorum omniũ, tam viſibilium quàm inviſibilium firma defenſio, motuum meorum, tam carnalium quàm ſpiritualium, perfecta quietatio: in te uno ac vero Deo firma adhæſio: atque finis mei fœlix conſummatio. Et precor te ut ad illud ineffabile conviviũ me peccatorem perducere digneris: ubi tu cum Filio tuo, & Spiritu ſancto, Sanctis tuis ex lux vera ſatietas plena, gaudium ſempiternum, jucunditas conſummata, & felicitas perfecta. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Oratio dicenda ante inchoationem divini Officij.

APeri Domine os meum ad benedicendum nomen sanctum tuum: munda quoque cor meum ab omnibus vanis, perversis & alienis cogitationibus: intellectum illumina, affectum inflamma, ut dignè & attentè ac devotè hoc officium recitare valeam & exaudiri merear ante conspectum Divinæ Majestatis tuæ. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Post Divinum Officiū B. P. N. Franciscus dicere solebat.

SAnctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus noster omnipotens, qui est, qui erat, & qui venturus est. Dignus es Domine Deus noster accipere laudem & gloriam, & honorem & benedictionem. Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem, & di-

Digitized by Google

divinitatem & ſapientiam, & fortitudinem & honorem, & gloriam & benedictionem.

℣. Benedicamus Patrem & Filium, cum ſancto Spiritu.

℟. Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

℣. Laudem dicite Deo omnes ſervi ejus, & qui timetis Deum, puſilli & magni.

℟. Laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

℣. Et omnis creatura quæ in cœlo eſt & ſuper terram, ſeu mare & terra, & quæ in eis ſunt.

℟. Laudent & ſuperexaltent eum in ſæcula.

℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

℟. Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

℣. Sicut erat in principio, & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

℟. Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

Oratio.

OMnipotens, Sanctiſſime, & Altiſſime Deus, omne bonum & ſummnm bonum: qui ſolus es bonus, tibi reddamus omnem laudem, omnem gratiã, omnem honorem, omnem benedictionem. & omnia bona tibi referamus ſemper, Amen.

Brevis Recollectio & commendatio ſui in vitam & merita Chriſti, pro felici morte.

ADoro, laudo & glorifico te, benedico, & gratias ago tibi, Domine Ieſu, pro univerſis miſerationib⁹ & beneficiis tuis. Gratias tibi ãgo, ô Fili Dei vivi, Deus altiſſime, qui propter nimiam charitatem, quâ me dilexiſti, homo fieri dignatus es. Voluiſti pro me in ſtabulo naſci, infans panniculis involvi, faſciolis ſtringi, in præſepio reclinari, mo-

modico lacte Virginis Matris ali, paupertatem & egeſtatem tolerare, multiplicibus laboribus & ærumnis triginta tribus annis fatigari. Voluiſti ſudore ſanguineo præ anguſtiis ſuffundi, ignominiosè comprehendi, indignè ligari, injuſtè damnari, ſputis fædari, colaphis & alapis cædi, veſte albâ ridiculaque velut amens indui & illudi. Voluiſti flagris crudeliſſimè conſcindi, ſpinis dirè coronari, clavis atrociter Cruci affigi, felle & aceto inhumaniter potari. Tu præclarus veſtitor ſidernm, nudus, contemptus, vulneratus, & immenſis doloribus afflictus pro me pependiſti in Cruce, pro me fudiſti puriſſimum ſanguinem tuum, pro me mortuus es. Adoro, laudo, & glorifico te, Domine Ieſu Chriſte, benedico & gratias ago tibi, pro effuſione precioſiſſimi ſanguinis, qui è vulneribus tuis profluxit. Pro cruciatibus illis, quos pertuliſti, quando transfixis manibus ac pedibus

in

in ſtipite Crucis pendebas medius inter latrones ; pro pietate & miſericordia, quâ venerandum caput inclinans pro me mori dignatus es. Tu, Domine, in ipſis beatis vulneribus tuis me include, & præſta, ut ex eis verum tui amorem, æternamque ſalutem hauriam : ſcribe illa in corde meo, ut in me & dolor cõpaſſionis excitetur, & ardor dilectionis accendatur. Sit mihi omni tempore, ac præcipuè in hora mortis meæ certum in illis refugium, atque protectio ſecura ; Da mihi, quæſo, in hac vita à peccatis omnibus per paſſionis tuæ merita purgari, ut moriens & vera contritione compunctus, & ardentiſſima charitate tibi unitus migrem ad te dulciſſimum Redemptorem meum ab omni damnatione ac purgatione liber atque ſecurus. Nihilominus offero & reſigno me tibi amantiſſime Ieſu, ſecundùm omne beneplacitum tuum ad agendum & patiendum pro gloria tua : hoc

unum

unum orans, ut memor ſis fragilitatis, vilitatis atque miſeriæ meæ: ut me nunquam derelinquas, neque à me recedas, ſed me totum regas ſemper, & poſſideas ſecundùm tuum beneplacitum ô dulcis Ieſu, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivis & regnas in ſæcula ſæculorum, Amen.

Pro conſequendis Indulgentiis.

O Domine Ieſu Chriſte, Pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis; en! ego minimum Eccleſiæ tuæ membrum, ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ, in conſpectu Divinæ Majeſtatis tuæ, cum omnibus iniquitatibus meis ſuper numerum arenæ maris multiplicatis humiliter compareo, cupiens particeps fieri Indulgentiarum hoc ſacro tempore in Eccleſia propoſitarum, & miſerationum tuarum quæ à ſæculo ſunt. Peccavi Domine, peccavi, & malum co-

coram te feci. Sed iniquitatem meam anunciabo & cogitabo pro peccatis meis. Doleo & super omne malum, quod mihi posset contingere detestor & deflco, quod tuam divinam Majestatem & excellentiam toties, tam impudenter, tam turpiter, post receptam à te sæpius veniã & indulgentiam, pro vilissima & brevissima sæpè delectatione offendi, vilipendi, inhonoravi, contempsi. Et nunc, amantissime & misericordissime Deus omnia & singula mea peccata unâ cum peccatis omnium vivorum & mortuorum, præcipuè parentum, fratrum, sanguine junctorum, & eorum omnium pro quibus specialiter teneor vel cupio orare, & qui se meis indignis precibus commendarunt, seu commendati esse cupiunt, depono in sacratissima vulnera tua, & pretiosum sanguinem & abscondo in abysso infinitarum misericordiarum tuarum, ut inibi absorbeantur & in nihilum re-

redigantur. Ne memineris, Domine, iniquitatum noſtrarum antiquarum, ſed cito anticipent nos miſericordiæ tuæ. Adjuva nos Deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tuî libera Eccleſiam tuam à præſentibus tribulationibus, & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum. Offer Patri tuo cæleſti de infinito Paſſionis tuæ Sanctorumque tuorum theſauro omnia merita in plenam ſatisfactionem, & expiationem pœnarum pro peccatis noſtris debitarum, atque averte iram tuam à nobis. Miſerere Domine, miſerere Eccleſiæ tuæ Catholicæ, cujus fidem longè lateque propagare digneris, ut ſanctificetur nomen tuum ubique terrarum. Extirpa & proculca hæreſes; reforma in populo tuo mores; da concordiam inter Chriſtianos Principes, univerſisque fidelium neceſſitatibus ſuccurre. Exaudi Domine, placare, iterum atque iterum miſerere Eccleſiæ tuæ, &

hujus Provinciæ ; & fac nobiſ cum ſecundùm conſuetam miſe ricordiam tuam. Et pœnas pr peccatis noſtris debitas propi tius dimitte : atque ex theſaur Eccleſiæ ſolutas habe. Idem pro animabus in purgatorio de tentis ſupplici oro, quibus miſericordiam tuam impartiri digneris, Amen.

Pro commiſſis ac commendatis & benefactoribus.

PRECATIO.

ORo te ô bonitas infinita, præcipuè pro me ipſo omnium miſerrimo atque viliſſimo, qui gratiæ tuæ auxilio præ cæteris tanto magis egeo, quanto infirmior & ad omne bonum impotentior ſum. Scis tu benigniſſime Deus, quàm nihil & inutilis ſum, & gratiam tuam in me & in aliis impedio atq; evacuo. Quapropter ô omnium liberaliſſime

at-

atque piiſſime Domine ſupplex te oro pro omnibus mihi commiſſis ac commendatis. Hæc enim omnia, ideſt, animas & corpora; & quæcunque mihi commendata ſunt, tibi iterum commendo, & in cor tuum, dulciſſime Ieſu, eadem abſcondo atque immergo.

Tu quæſo cuncta regas, protegas, cuſtodias, & ſalves, juxta beneplacitum tuum, ad gloriam tuam ſempiternam, Dñe Deus meus, pro hoc loco & hujus loci habitatoribus obſecro te, per effuſionem ſanguinis tui, & per omnium miſerationum tuarum abyſſum, ut ſuper nos omnes abundet confirmeturque gratia tua, & nemo ex nobis pereat. Tu verò ſpiritualia & temporàlia nobis ſecundùm beneplacitum tuum largiaris, noſque & illa adminiſtres & dirigas, ut cultus tuus animarumque ſalus hic ſemper vigeat, creſcat, perſeveretque in æternum.

Dul-

Dulcissime Iesu, fidelissime amator, res hominesque ac omnia hujus loci, & omnium mihi commissorum, iterum tibi in cor tuum offero ac commendo, quia tu ab æterno sciviſti, quòd ego nihil sum, & necesse est, ut tu ipse illa custodias, regas, nosque possideas. Hoc modo etiam tibi commendo omnes, qui à me petunt orationes. Tu misericordissime, qui dives es in omnibus, juxta fidem illorum, & pro misericordia tua, glorifica nomen tuum, & facias illis non juxta vilitatem & demerita mea, sed secundùm bonitatem tuam. Omnibus autem mihi benefacientibus atque faventibus, tu Clementissime Domine, pro me te ipsum retribuas, quia melius nec ego petere, nec tu dare potes nobis, quàm te ipsum, suavissima, atque æterna bonitas, Amen.

*

Pro

Pro tentatis & afflictis.

PRECATIO.

ROgo te, dulcedo cordium, & tribulatorum ſummum refugium, Chriſte Ieſu, per merita omnium anxietatum & anguſtiarum piiſſimi cordis tui, omnibus afflictis & tentatis, ac deſolatis ſubvenire digneris, eoſque ab omnibus malis atq; periculis, tam corporis, quàm animæ, eripere, gratiamque tuam in ipſorum cordibus augere, ac ad æternæ felicitatis bravium perducere. Eſto memor, miſericordiſſime Ieſu, quia te ſolum habemus, ad quem ſecuri confugiamus in omnibus neceſſitatibus noſtris. Abſit igitur à tua bonitate, ut tu repellas nos, qui es Deus noſter, refugium noſtrũ, & virtus in omni tribulatione, Amèn.

†

Pro amico aut seipso.

DOmine Iesu Christe clementissime, illustra cor famuli tui N. gratiâ tuâ, consolare & imple idipsum ardentissimâ charitate; honorem tuum, beneplacitum tuum, ac te ipsum solum ex toto corde suo quærat ac seipsum tibi funditus relinquat ac resignet, omniqúe tempore in oculis tuis inveniatur secundùm beneplacitum tuum, Amen.

Oratio.

DEus innocentiæ restitutor & amator, dirige ad te tuorum corda servorum; ut Spiritus tui fervore concepto, & in fide inveniantur stabiles, & in opere efficaces. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

OFFI-

OFFICIA PARVA.

DOMINICA.

OFFICIVM PARVVM SS. TRINITATIS.

AD MATVTINVM.

Verſus. Benedicta ſit ſancta & individua Trinitas, nunc & ſemper, & per infinita ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Verſus.

DOmine labia mea aperies. ℟. Et os meum annuntiabit laudem tuam. *Verſ.* Deus in adjutorium meum intende. *Reſp.* Dñe ad adjuvandum me feſtina.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen. Alleluja.

A

*A Septuagesimâ usq; ad Paschale*o Alleluja, *dicitur* Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

O Lux beata Trinitas,
Et principalis vnitas:
Iam sol recedit igneus,
Infunde lumen cordibus.

Antiph. Benedicta sit sancta, creatrix & gubernatrix omniũ, sancta & individua Trinitas, nunc & semper, & per infinita sæcula sæculorum.

Vers. Benedicamus Patrem & Filium, cum sancto Spiritu.

Resp. Laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

Oremus.

OMnipotẽs sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia majestatis adorare unitatem: quæsumus, ut ejusdem fidei firmitate ab omnibus muniamur adversis. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium &c. ℟. Amen.

AD

AD PRIMAM

Verſus. Benedicta ſit ſancta & individua Trinitas, nunc & ſemper, & per infinita ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Verſus.

DEus in adjutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri, *&c.* Alleluja.

Hymnus.

ORtus refulget lucifer,
Sparſamque lucem nuntiat:
Cadit caligo noctium,
Lux ſancta nos illuminet.

Antiphona. Gratias tibi Deus, gratias tibi vera & una Trinitas, una & ſumma Deitas, ſancta & una Vnitas.

Verſ. Benedicamus Patrem & Filium, cum ſancto Spiritu.

Reſp. Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

Oratio. Omnipotens ſempiterne Deus. *ut ſuprà.*

AD TERTIAM.

Verſus. Benedicta ſit ſancta & individua Trinitas, nunc & ſemper, & per infinita ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Verſus.

DEus in adjutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri, *&c.* Alleluja.

Hymnus.

SVmmæ Deus clementiæ,
Mundiſque factor machinæ,
Vnus potentialiter,
Trinuſque perſonaliter.

Antiphon. Te invocamus, te laudamus, te adoramus, ſpes noſtra, honor noſter, libera nos, vivifica nos, ô beata Trinitas.

Verſ. Benedicamus Patrem & Filium cum ſancto Spiritu.

Reſp. Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

Oratio. Omnipotens ſempiterne Deus. *ut ſuprà.*

AD SEXTAM.

Verſus. Benedicta ſit ſancta & individua Trinitas, nunc & ſemper, & per infinita ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Verſus.

DEus in adjutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adjuvandum me teſtina. Gloria Patri, *&c.* Alleluja.

Hymnus.

DA dexteram ſurgentibus,
Exurgat ut mens ſobria,
Flagrans & in laudem Dei,
Grates rependat debitas.

Antiph. Charitas Pater eſt, gratia Filius, communicatio Spiritus ſanctus: verax eſt Pater, veritas Filius, veritas Spiritus ſanctus: Pater & Filius, & Spiritus ſanctus, una ſubſtantia eſt, ô beata Trinitas.

Verſ. Benedicamus Patrem & Filium cum ſancto Spiritu.

Reſp. Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

Oratio Omnipotens ſempiterne Deus, *ut ſupra.*

AD NONAM.

Versu. Benedicta sit sancta & individua Trinitas, nunc & semper, & per infinita sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Versu.

DEus in adjutorium meum intende. *Resp.* Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri, *&c.* Allel.

Hymnus.

TV Trinitatis vnitas,
Orbem potenter qui regis;
Attende laudum cantica,
Quæ excubantes psallimus.

Antiph. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio in sæcula sempiterna: & benedictum nomen gloriæ tuæ, sanctum & laudabile, & superexaltatum in sæcula, ô beata Trinitas.

Vers. Benedicamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu.

Resp Laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

Oratio Omnipotens sempiterne Deus, *ut suprà.*

AD

AD VESPERAS.

Versu. Benedicta sit sancta & individua Trinitas, nunc & semper, & per infinita sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Versus.

DEus in adjutorium meum intende. *Resp.* Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri, *&c.* Allel.

Hymnus.

TE manè laudum carmine,
Te deprecemur vesperè,
Te nostra supplex gloria,
Per cuncta laudet sæcula.

Antph. Te Deum Patrem ingenitum, te Filium unigenitum, te Spiritum sanctum paraclitum, sanctam & individuam Trinitatem, te toto corde & ore confitemur, laudamus atque benedicimus, tibi gloria in sæcula.

Vers. Benedicamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu.

Resp. Laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

Oratio. Omnipotens sempiterne Deus, *ut suprà.*

AD COMPLETORIVM.

Versus. Benedicta sit sancta & individua Trinitas, nunc & semper, & per infinita sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Versus.

COnverte nos Deus salutaris noster. ℟. Et averte iram tuam à nobis.

Vers. Deus in adjutorium meum intende. *Resp.* Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto:

Sicut erat, *&c.* Allel.

Hymnus.

GLoria tibi Trinitas
Aequalis, una Deitas,
Et ante omnia sæcula,
Et nunc & in perpetuum.

Antiph. Gloria Patri qui creavit nos, Gloria Filio qui redemit nos. Gloria Spiritui sancto qui sanctificavit nos. Gloria summæ & individuæ Trinitati, Deo nostro in sæcula sæculorum.

Vers. Benedicamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu.

Resp.

Digitized by Google

℟. Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula..

Orenius.

OMnipotẽs ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis in confeſſione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere,& in potentia majeſtatis adorare unitatem : quæſumus, ut ejuſdem fidei firmitate ab omnibus ſemper muniamur adverſis. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,*&c.* ℟. Amen.

Commendatio.

HAs Horas canonicas cum devotione
Dixi, ſancta Trinitas, tui ratione;
Vt ſis mihi præſens mortis in agone,
Et regnemus jugiter in cæli regione, Amen.

Bayerische Staatsbibliothek MUNCHEN

FERIA II.

OFFICIVM PARVVM S. SPIRITVS.

AD MATVTINVM.

Versus. Spiritus sancti gratia, illuminet sensus & corda nostra.
Resp. Amen.

Versus.

DOmine labia mea aperies.
Resp. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

Vers. Deus in adjutorium meū intende.

Resp. Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat, &c. Amen. Alleluja.

A Septuagesima usq; ad Pascha, loco Alleluja, *dicitur,* Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

NObis sancti Spiritus gratia sit data,

De

De qua Virgo virginum fuit obumbrata,
Cùm per ſanctum Angelum fuit ſalutata:
Verbum caro factum eſt, Virgo fœcundata.

Antiph. Veni ſancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende.

Verſ. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.

Reſp. Et renovabis faciem terræ.

Oremus.

ADſit nobis, quæſumus Domine, virtus Spiritus ſancti; quæ & corda noſtra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adverſus. Per Dominum.

AD PRIMAM.

Verſus. Spiritus ſancti gratia, illuminet ſenſus & corda noſtra.

Reſp. Amen.

Verſus.

DEVS in adjutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat, &c. Alleluja.

Hymnus.

DE Maria Virgine Chriſtus fuit natus,
Crucifixus, mortuus, atque tumulatus:
Reſurgens diſcipulis fuit demonſtratus,
Et ipſis cernentibus, in cælis elevatus.

Antiph. Veni ſancte Spiritus. *Verſ.* Emitte Spiritum. *Oratio.* Adſit nobis, quæſumus Domine, *ut ſuprà.*

AD TERTIAM.

Verſus. Spiritus ſancti gratia, illuminet ſenſus & corda noſtra. *Reſp.* Amen.

Verſus.

DEVS in adjutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri, *&c.* Alleluja.

Hymnus.

SVum ſanctum Spiritum Deus delegavit,
In die Pentecoſtes Apoſtolos cõfortavit,
Et de linguis igneis ipſos inflammavit: Re-

Relinquere orphanos eos denegavit.

Antiph. Veni ſancte Spiritus. *Verſ.* Emitte Spiritum *Oratio.* Adſit nobis quæſumus Dñe *ut ſupr.*

AD SEXTAM.

Verſus. Spiritus ſancti gratia, illuminet ſenſus & corda noſtra. *Reſp.* Amen. *Verſus.*

DEVS in adjutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adjuvandum me feſtina Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat, *&c.* Alleluja.

Hymnus.

SEptiformem gratiam tunc acceptaverunt,
Quare idiomata cuncta cognoverunt:
Ad diverſa climata mundi receſſerunt,
Et Fidem Catholicam tunc prædicaverunt.

Antiph. Veni ſancte Spiritus. *Verſ.* Emitte Spiritum. *Oratio.* Adſit nobis quæſumus Dñe. *ut ſupr.*

AD NONAM.

Verſus. Spiritus ſancti gratia,

illuminet ſenſus & corda noſtra. *Reſp.* Amen.

Verſus.

DEVS in adjutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri, *&c.* Alleluja.

Hymnus.

SPiritus paraclitus fuit appellatus:
Donum Dei, charitas, fons vivificatus,
Spiritalis unctio, ignis inflammatus,
Septiformis gratia, chariſma vocatus.

Antiph. Veni ſancte Spiritus. *Verſ.* Emitte Spiritum. *Oratio.* Adſit nobis quæſumus Dñe. *ut ſupr.*

AD VESPERAS.

Verſus. Spiritus ſancti gratia, illuminet ſenſus & corda noſtra. *Reſp.* Amen.

Verſus.

DEVS in adjutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri, *&c.* Alleluja.

Hymn.

Digitized by Google

Hymnus.

DExtræ Dei digitus, virtus ſpiritalis,
Nos defendat, eruat ab omnibus malis:
Vt nobis non noceat dæmon infernalis,
Protegat, & nutriat, foveat ſub alis.

Antiph. Veni ſancte Spiritus. *Verſ.* Emitte Spiritum tuũ *Oratio.* Adſit nobis, quæſumus Domine, *ut ſuprà.*

AD COMPLETORIVM.

Verſus. Spiritus ſancti gratia, illuminet ſenſus & corda noſtra. *Reſp.* Amen.

Verſus.

COnverte nos Deus ſalutaris noſter. *Reſp.* Et averte iram tuam à nobis. *Verſ.* Deus in adjutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adjuvandum me feſtina.

Gloria Patri, & Filio, *&c.*
ſicut erat, *&c.* Alleluja.

Hymn.

Hymnus.

SPiritus paraclitus nos velit juvare,
Greſſus noſtros regere, & illuminare:
Vt cùm Deus venerit omnes judicare,
Nos velit ad dexteram ſuam appellare.

Antiph. Veni ſancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende.

Verſ. Emitte Spiritum tuum, creabuntur. *Reſp.* Et renovabis faciem terræ. Oremus.

ADſit nobis, quæſumus Domine, virtus Spiritus ſancti; quæ & corda noſtra elementer expurget, & ab omnibus tueatur adverſis. Per Dominum.

Commendatio.

HAs Horas canonicas cum devotione
Tibi ſancte Spiritus, pia ratione
Dixi, ut nos viſites inſpiratione,
Et vivamus jugiter cæli regione.
Amen.

FE-

FERIA III.

OFFICIVM PARVVM SS. NOMINIS IESV.

AD MATVTINVM.

Verſ. Sit Nomen Domini benedictum in ſæcula. *Reſp.* Amen.

Verſus.

DOmine labia mea aperies. *Reſp.* Et os meum annuntiabit laudem tuam. *Verſ.* Deus in adjutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri. Sicut erat. Amen. Alleluja.

A Septuageſima uſq; ad Paſcha, loco Alleluja, *dicitur*, Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

IEſu dulcis memoria,
Dans vera cordi gaudia,
Sed ſuper mel & omnia
Ejus dulcis præſentia.

Antiph Humiliavit ſemetipſum Dominus Ieſus, factus obediens uſ-

usque ad mortem, mortem autem Crucis: propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in Nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. *Vers.* Omnis terra adoret te Deus, & psallat tibi. *Resp.* Psalmum dicat Nomini tuo, Domine Iesu.

Oremus.

DEVS, qui glorioſiſſimum Nomen Domini noſtri IESV Chriſti unigeniti Filii tui feciſti fidelibus tuis ſummo ſuavitatis affectu amabile, & malignis ſpiritibus tremendum atque terribile: cõcede propitius, ut omnes qui hoc Nomen Ieſu devotè venerantur in terris, ſanctæ conſolationis dulcedinem in præſenti percipiant, & in futuro gaudium exultationis & interminabilis jubilationis obtineant. Per eumdem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia

ſæ-

ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

AD PRIMAM.

Verſ. Sit Nomen Domini benedictum in ſæcula. ℟. Amen.

Verſus.

DEVS in adjutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri. Sicut erat. Alleluja.

Hymnus.

NIl canitur ſuavius,
Auditur nil jucundius,
Nil cogitatur dulcius,
Quàm Ieſus Dei Filius.

Ant. Humiliavit ſemetipſum. *Verſ.* Omnis terra. *Oratio.* Deus qui glorioſiſſimum, *ut ſuprà.*

AD TERTIAM.

Verſ. Sit Nomen Domini benedictum in ſæcula. ℟. Amen.

Verſus.

DEVS in adjutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri. Alleluja.

Hymnus.

IEſu ſpes pœnitentibus,
Quàm pius es petentibus!

Quàm

Quàm bonus te quærentibus,
Sed quid invenientibus!

Ant. Humiliavit semetipsum. *Vers.* Omnis terra. *Oratio.* Deus qui glorioſiſſimum. *ut ſuprà.*

AD SEXTAM.

Vers. Sit nomen Domini benedictum in ſæcula. *Reſp.* Amen.

Vers.

DEVS in adjutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri. Sicut erat. Allel.

Hymnus.

IEſu dulcedo cordium,
Fons vivus, lumen mentium,
Excedens omne gaudium,
Et omne deſiderium.

Ant Humiliavit ſemetipſum. *Vers.* Omnis terra. *Oratio.* Deus qui glorioſiſſimum, *ut ſuprà.*

AD NONAM.

Vers. Sit nomen Domini benedictum in ſæcula. *Reſp.* Amen.

Verſus.

DEVS in adjutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adjuvandum me feſtina.

Glo-

Gloria Patri. Sicut erat. Alleluja. *Hymnus.*

NEc lingua valet dicere,
Nec litera exprimere,
Expertus poteſt credere,
Quid ſit Ieſum diligere.

Ant. Humiliavit ſemetipſum. *Verſ.* Omnis terra. *Oratio.* Deus qui glorioſiſſimum. *ut ſuprà.*

AD VESPERAS.

Verſ. Sit nomen Domini benedictum in ſæcula. *Reſp.* Amen.

Verſus.

DEVS in adjutorium meum intende. *Reſp* Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri. Sicut erat. Alleluja.

Hymnus.

IEſu Rex admirabilis,
Et triumphator nobilis,
Dulcedo ineffabilis,
Totus deſiderabilis.

Ant. Humiliavit ſemetipſum. *Verſ.* Omnis terra. *Oratio.* Deus qui glorioſiſſimum. *ut ſuprà.*

AD COMPLETORIVM.

Verſ. Sit nomen Domini benedictum in ſæcula. *Reſp.* Amen.

Ver-

Digitized by Google

Verſus.

COnverte nos Deus ſalutaris noſter. *Reſp.* Et averte iram tuam à nobis. *Verſ.* Deus in adjutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adjuvandum me feſtina.

Gloria Patri. Alleluja.

Hymnus.

MAne nobiſcum Domine,
Et nos illuſtra lumine,
Pulsâ mentis caligine,
Mundum replens dulcedine.

Ant. Humiliavit ſemetipſum. *Verſ.* Omnis terra. *Oratio.* Deus qui glorioſiſſimum. *ut ſuprà.*

Commendatio.

HAs Horas canonicas cum devotione
Dixi, pie Ieſu, tui ratione,
Vt ſis memor mei mortis in agone,
Tecum ut congaudeam cæli regione, Amen.

FERIA IV.
OFFICIVM PARVVM ANGELI CVSTODIS.

AD MATVTINVM.

Vers. Angelis ſuis Deus mandavit de te, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis. *Reſp.* Amen.

Verſus.

DOmine labia mea aperies. *Reſp.* Et os meum annuntiabit laudem tuam. *Vers.* Deus in adjutorium meum intende. *Reſp.* Dñe ad adjuvandum me feſtina. Gloria. Sicut erat. Amen. Allel.

A Septuageſima uſq; ad Paſcha, loco Alleluja, *dicitur*, Laus tibi Dñe Rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

CVſtodes hominum pſallimus Angelos,
Naturæ fragili quos Pater addidit
Cæleſtis comites, inſidiantibus
Ne ſuccumberet hoſtibus.

An-

Antiph. Sancti Angeli Custodes nostri, defendite nos in præsjio, ut non pereamus in tremendo judicio.

Vers. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus. *Resp.* Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor Nomini tuo.

Oremus.

DEus, qui ineffabili providentia sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris; largire supplicibus tuis, & eorum semper protectione defendi; & æterna societate gaudere. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat.

AD PRIMAM.

Vers. Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. *Resp.* Amen.

Versus.

DEVS in adjutorium meum intende. *Resp.* Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, & Filio. Sicut erat. Allel.

Hymn.

Digitized by Google

Hymnus.

NAm quod corruerit proditor Angelus,
Concessis merito pulsus honoribus:
Ardens invidia, pellere nititur
Quos cælo Deus advocat.

Ant. Sancti Angeli Custodes, *Vers.* In conspectu. *Oratio.* Deus qui ineffabili. *ut suprà.*

AD TERTIAM.

Vers. Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. *Resp.* Amen.

Versus.

DEVS in adjutorium meum intende. *Resp.* Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri. Sicut erat. Allel.

Hymnus.

HVc Custos igitur pervigil advola,
Avertens patria de tibi credita
Tam morbos animi, quàm requiescere
Quidquid non finit incolas.

Ant. Sancti Angeli Custodes. *Vers.* In conspectu. *Oratio.* Deus qui

qui ineffabili providentia, *ut supra.*

AD SEXTAM.

Vers. Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. *Resp.* Amen.

Versus.

DEUS in adjutorium meum intende. *Resp.* Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri, *&c.* Allel.

Hymnus.

CHriste Sanctorum decus Angelorum,
Rector humani generis & auctor,
Nobis æternum tribue benignus
Scandere cælum.

Ant. Sancti Angeli Custodes. *Vers.* In conspectu. *Oratio.* Deus, qui ineffabili, *ut supra.*

AD NONAM.

Vers. Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. *Resp.* Amen.

Versus.

DEUS in adjutorium meum intende. *Resp.* Domine ad ad-

adjuvandum me feſtina. Gloria Patri. *&c.* Allel.

Hymnus.

ANgelum pacis Michaël ad iſtam
Cęlitus mitti rogitamus aulam,
Nobis ut crebrò veniente creſcāt
Proſpera cuncta.

Ant. Sancti Angeli Cuſtodes. *Verſ.* In conſpectu. *Oratio.* Deus, qui ineffabili *ut ſuprà.*

AD VESPERAS.

Verſ. Angelis ſuis Deus mandavit de te, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis. ℟. Amen.

Verſus.

DEVS in adjutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri. *&c.* Allel.

Hymnus.

ANgelus fortis Gabriel, ut hoſtem
Pellat antiquum; volitet ab alto,
Sæpius templū veniens ad iſtud
Viſere noſtrum.

Ant. Sancti Angeli Cuſtodes

qui ineffabili providentia, *ut supra.*

AD SEXTAM.

Vers. Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. *Resp.* Amen.

Versus.

DEUS in adjutorium meum intende. *Resp.* Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri, *&c.* Allel.

Hymnus.

CHriste Sanctorum decus Angelorum,
Rector humani generis & auctor,
Nobis æternum tribue benignus
Scandere cælum.

Ant. Sancti Angeli Custodes, *Vers* In conspectu. *Oratio.* Deus, qui ineffabili, *ut supra.*

AD NONAM.

Vers. Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. *Resp.* Amen.

Versus.

DEUS in adjutorium meum intende. *Resp.* Domine ad ad-

adjuvandum me feſtina. Gloria Patri. *&c.* Allel.

Hymnus.

ANgelum pacis Michaël ad iſtam
Cęlitus mitti rogitamus aulam,
Nobis ut crebrò veniente creſcãt
Proſpera cuncta.

Ant. Sancti Angeli Cuſtodes. *Verſ.* In conſpectu. *Oratio.* Deus, qui ineffabili *ut ſuprà.*

AD VESPERAS.

Verſ. Angelis ſuis Deus mandavit de te, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis. ℟. Amen.

Verſus.

DEVS in adjutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri. *&c.* Allel.

Hymnus.

ANgelus fortis Gabriel, ut hoſtem
Pellat antiquum, volitet ab alto,
Sæpius templũ veniens ad iſtud
Viſere noſtrum.

Ant. Sancti Angeli Cuſtodes

noſtri, defendite nos in prœlio, ut non pereamus in tremendo judicio.

Verſ. In conſpectu Angelorum pſallam tibi Deus meus. ℟. Adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Oratio. Deus, qui ineffabili providentia, *&c. ut ſuprà.*

AD COMPLETORIVM.

Verſ. Angelis ſuis Deus mandavit de te, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis. *Reſp.* Amen.

Verſus.

COnverte nos Deus ſalutaris noſter. *Reſp.* Et averte iram tuam à nobis. *Verſ.* Deus in adjutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adjuvandum me feſtina.

Gloria Patri. Alleluja.

Hymnus.

ANgelum nobis medicum ſalutis
Mitte de cęlis Raphaël, ut omnes
Sanet ægrotos, pariterq; noſtros
Dirigat actus.

An-

Antiphona. Sancti Angeli Cuſtodes noſtri, defendite nos in prœlio, ut non pereamus in tremendo Iudicio.

Verſ. In conſpectu Angelorum pſallam tibi Deus meus. *Reſp.* Adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo. *Oratio.* Deus, qui ineffabili providentia, *ut ſuprà.*

Commendatio.

HAs Horas Canonicas cum devotione
Dixi, Cuſtos Angele, tui ratione:
Precor, me cuſtodias, mortis in agone,
Et præſens me deducas cæli regione.

ANgele Dei, qui cuſtos es mei,
Me tibi commiſſum pietate ſuperna,
Hodie illumina, cuſtodi, rege, guberna, Amen.

FERIA V.

OFFICIVM PARVVM SS. SACRAMENTI.

AD MATVTINVM.

Verſ. Panem Angelorum manducavit homo, & paratur ei menſa Domini.

Verſus.

DOmine labia mea aperies. ℟. Et os meum annuntiabit laudem tuam. ℣. Deus in adjutorium meum intende. ℟. Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri. *&c.* Amen. Allel.

A Septuageſima uſq; ad Paſcha, loco Alleluja, *dicitur*, Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

PAnge lingua glorioſi
Corporis myſterium,
Sanguiniſque pretioſi,
Quem in mundi pretium
Fructus ventris generoſi,
Rex effudit gentium.

Am-

Antiph. O quàm ſuavis eſt Dñe ſpiritus tuus, qui ut dulcedinem tuam in filios demonſtrares, pane ſuaviſſimo de cælo præſtito eſurientes reples bonis, faſtidioſos divites dimittens inanes.

℣. Panem de cælo præſtitiſti eis Domine.

℟. Omne delectamentum in ſe habentem.

Orenus.

DEus, qui nobis ſub Sacramento mirabili, paſſionis tuæ memoriam reliquiſti: tribue quæſumus, ita nos Corporis & Sanguinis tui ſacra myſteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter ſentiam⁹. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

AD PRIMAM.

℣ Panem Angelorum manducavit homo, & paratur ei menſa Domini.

Verſus.

DEUS in adjutorium meum in-

intende. ℟. Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri. Alleluja.

Hymnus.

NObis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine,
Et in mundo conversatus,
Sparso verbi semine,
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.

Antiphona. O quàm suavis est. ℣. Panem de cælo. *Oratio.* Deus qui nobis sub Sacramento. *ut sup.*

AD TERTIAM.

℣. Panem Angelorum manducavit homo, & paratur ei mensa Domini.

Versus.

DEVS in adjutorium meum intende. ℟. Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri. Sicut erat. Allel.

Hymnus.

IN supremæ nocte cœnæ
Recumbens cum fratribus,
Observata lege plenè
Cibis in legalibus,

Cibum

Cibum turbæ duodenæ
Se dat ſuis manibus.

Antiph O quàm ſuavis. ℣. Panem de cælo. *Oratio.* Deus, qui nobis ſub Sacramento. *ut ſuprà.*

AD SEXTAM.

℣. Panem Angelorum manducavit homo, & paratur ei menſa Domini.

Verſus.

DEVS in adjutorium meum intende. ℟. Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri. Allel.

Hymnus.

VErbum caro, panem verum
Verbo carnem efficit:
Fitque ſanguis Chriſti merum,
Et ſi ſenſus deficit:
Ad firmandum cor ſincerum
Sola fides ſufficit.

Ant. O quàm ſuavis ℣. Panem de cælo. *Oratio.* Deus, qui nobis ſub Sacramento, *ut ſuprà.*

AD NONAM.

℣. Panem Angelorum manducavit homo, & paratur ei menſa Domini.

Versus.

DEVS in adjutorium meum intende. ℟. Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri. Sicut erat. Allel.

Hymnus.

PAnis Angelicus,
Fit panis hominum;
Dat panis cælicus
Figuris terminum.
O res admirabilis!
Manducat Dominum
Pauper, servus, & humilis.

Antiph. O quàm suavis. ℣. Panem de cælo præstitisti eis Domine ℟. Omne delectamentum in se habentem. *Oratio.* Deus qui nobis sub Sacramento. *ut supra.*

AD VESPERAS.

℣. Panem Angelorum manducavit homo, & paratur ei mensa Domini.

Versus.

DEVS in adjutorium meum intende. ℟. Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri. Sicut erat. Allel.

Hymn.

Digitized by Google

Hymnus.

TAntum ergo Sacramentum
Veneremur cernui
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui:
Præſtet fides ſupplementum
Senſuum defectui.

Antiph. O ſacrum convivium, in quo Chriſtus ſumitur: recolitur memoria paſſionis ejus: mens impletur gratia: & futuræ gloriæ nobis pignus datur. *Verſ.* Panem de cælo præſtitiſti eis Domine. *Reſp.* Omne delectamentum in ſe habentem. *Oratio.* Deus, qui nobis ſub Sacramento. *ut ſuprà.*

AD COMPLETORIVM.

Verſ. Panem Angelorum manducavit homo, & paratur ei menſa Domini:

Verſus.

COnverte nos Deus ſalutaris noſter.

Reſp. Et averte iram tuam à nobis.

Verſ. Deus in adjutorium meū intende.

Resp. Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri. Sicut erat. Amen. Alleluja.

Hymnus.

GEnitori, Genitoque
Laus & jubilatio:
Salus, honor, virtus quoque
Sit & benedictio:
Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio.

Antiphona. O quàm suavis. *Vers.* Panem de cælo præstitisti, *&c. Oratio.* Deus, qui nobis sub Sacramento. *ut supra.*

Commendatio.

HAs Horas canonicas cum devotione
Dixi, in memoriam tui, Jesu bone,
Corporis sanctissimi, pia ratione:
Fac ut illo perfruar cæli regione: Amen.

FERIA VI.

OFFICIVM PARVVM S. CRVCIS.

AD MATVTINVM.

Verſ. Per ſignum Crucis de inimicis noſtris. ℟. Libera nos Deus noſter. *Verſus.*

DOmine labia mea aperies. ℟. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

Verſ. Deus in adjutorium meũ intende *Reſp.* Domine ad adjuvandum me feſtina.

Gloria Patri. Sicut erat. Amen.

Non dicitur Alleluja, *neq;* Laus tibi Domine, *&c.*

Hymnus.

PAtris Sapientia, Veritas divina,
Deus homo captus eſt hora matutina:
A notis diſcipulis citò derelict⁹:
A Iudæis traditus, venditus, & afflictus.

Antiphona O Crux venerabilis, quæ ſalutem attuliſti miſeris, quibus te efferam præconiis, quoniam vitam nobis cælitem præparaſti.

Verſ. Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi.

Reſp. Quia per ſanctam Crucem tuam redemiſti mundum.

Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, Fili Dei vivi, pone paſſionem, Crucem, & mortem tuam inter judicium tuum & animam meam, nunc, & in hora mortis meæ: & mihi largiri digneris gratiam & miſericordiam, vivis & defunctis requiem & veniam, Eccleſiæ tuæ pacem & concordiam; & nobis peccatoribus vitam & gloriam ſempiternam. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

AD PRIMAM.

Vers. Per signum Crucis de inimicis nostris. *Resp.* Libera nos Deus noster.

Versu.

DEus in adjutorium meum intende. *Resp.* Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri. Sicut erat. Amen.

Hymnus.

HOra prima Dominum ducunt ad Pilatum.
Et à falsis testibus multùm accusatum,
Colaphis percutiunt manibus ligatum:
Vultum Dei conspuunt, lumen cæli gratum.

Antiphona. O Crucis victoria, & admirabile signum, in cælesti curia fac nos captare triumphũ.

Vers. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi.

Resp. Quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum.

Oratio. Domine Iesu Christe. *ut supra.*

AD

AD TERTIAM.

Vers. Per signum Crucis de inimicis nostris. *Resp.* Libera nos Deus noster.

Versus.

DEus in adjutorium meum intende. *Resp.* Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri Sicut erat. Amen.

Hymnus.

CRucifige, clamitant hora tertiarum:
Illusus induitur veste purpurarum:
Caput ejus pungitur corona spinarum:
Crucem portat humeris ad locum pœnarum.

Antiph. Funestæ mortis damnatur supplicium, dum Christus in Cruce nostra destruxit vincula criminum.

Vers. Adoramus te. *Oratio.* Domine Iesu Christe, *ut suprà.*

AD SEXTAM.

Vers. Per signum Crucis de inimicis nostris. *Resp.* Libera nos Deus noster.

Ver-

Verſus.

DEus in adjutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adjuvandum me feſtina.

Gloria Patri. Sicut erat. Amen.

Hymnus.

HOra ſexta Ieſus eſt Cruci cõclavatus:
Eſt & cum latronibus pendens deputatus:
Prætormentis ſitiens felle ſaturatus:
Agnus crimen diluens, ſic ludificatus.

Antiph. Per lignum ſervi facti ſumus, & per ſanctam Crucem liberati ſumus: fructus arboris ſeduxit nos, Filius Dei redemit nos.

Verſ. Adoramus te Chriſte. *&c.*

Oratio. Domine Ieſu Chriſte. *&c. ut ſuprà.*

AD NONAM.

Verſ. Per ſignum Crucis de inimicis noſtris. *Reſp.* Libera nos Deus noſter.

Verſus.

DEus in adjutorium meum inten-

intende. *Resp.* Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri. Sicut erat. Amen.

HOra nona Dominus Iesus exspiravit:
Eli clamans, spiritum Patri commendavit:
Latus ejus lancea miles perforavit:
Terra tunc contremuit, & sol obscuravit.

Antiph. O magnum pietatis opus! mors mortua tunc est, in ligno quando mortua vita fuit.

Vers. Adoramus te Christe, &c.

Oratio. Domine Iesu Christe, &c. *ut suprà.*

AD VESPERAS.

Vers. Per signum Crucis de inimicis nostris. *Resp.* Libera nos Deus noster.

Versus.

DEus in adjutorium meum intende. *Resp.* Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri. Sicut erat. Amen.

Hymnus.

DE Cruce deponitur hora vespertina: For-

Fortitudo latuit in mente divina,
Talem mortem ſubiit vitæ medicina,
Heu! corona gloriæ jacuit ſupina.

Antiphona. O Crux benedicta, quæ ſola fuiſti digna portare talentum mundi: dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens pondera, ſuper omnia ligna cedrorum tu ſola excelſior, in qua mundi ſalus pependit, in qua Chriſtus triumphavit, & mors mortem ſuperavit in æternum.

Verſ. Adoramus te Chriſte, *&c.*

Oratio. Domine Jeſu Chriſte, *&c. ut ſuprà.*

AD COMPLETORIVM.

Verſ. Per ſignum Crucis de inimicis noſtris. *Reſp.* Libera nos Deus noſter.

Verſus.

Converte nos Deus ſalutaris noſter. *Reſp.* Et averte iram tuam à nobis.

Verſ. Deus in adjutorium meum intende.

Reſp.

Resp. Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri. Sicut erat. Amen.

Hymnus.

HOra Completorii datur sepulturæ
Corpus Christi nobile, spes vitæ futuræ,
Conditur aromate: complentur Scripturæ:
Fugi sit memoriæ mors hæc mihi curæ.

Antiphon. Salvator mundi salva nos, qui per Crucem & Sanguinem tuum redemisti nos: auxiliare nobis, te deprecamur Deus noster.

Vers. Adoramus te Christe &c.

Oratio. Domine Iesu Christe, &c. ut supra.

Commendatio.

HAs Horas canonicas cum devotione
Tibi Christe recolo pia ratione:
Vt qui pro me passus es amoris ardore,
Sis mihi solatium mortis in agone, Amen.

SAB-

SABBATO.

OFFICIVM PARVVM S. IOSEPH.

AD MATVTINVM.

Verſ. Ieſus, Maria, Ioſeph.

Verſus.

DOmine labia mea aperies.

Reſp. Et os meum annunciabit laudem tuam.

Verſ. Deus in adiutorium meũ intende.

Reſp. Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri. Sicut erat. Amen. Alleluja.

A Septuageſima vſq; ad Paſcha, loco Alleluja, *dicitur* Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

IOſeph David filius clara ſtirpe natus,
Ieſu Chriſti Domini pater nuncupatus,
Deſponſatus Virgini, mente copulatus,

Vtriuſ-

Vtriusque custos cælo destinatus.

Antiphon. Salve Patriarcharum decus, & Ecclesiæ sanctæ Dei Oeconomus, cui panem vitæ, & frumentum electorum conservasti.

Vers. Ora pro nobis sancte Ioseph.

Resp. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

SAnctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis adjuvemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

Resp. Amen.

AD PRIMAM.

Vers. Iesus, Maria, Ioseph.

Versus.

DEus in adjutorium meum intende.

Resp. Dñe ad adjuvandum, &c.

Glo-

Gloria Patri. Sicut erat. Amen.
Allel.

Hymnus.

TV, quiſponſam gravidam dolens cùm videres,
Cogitabas anxius; an eam retineres,
Sed cæleſtis monitor, ne amplius timeres,
In ſomnis admonuit, ut potius gauderes.

Antiph. Salve Patriarcharum decus.

Verſ. Ora pro nobis ſancte, *&c.*
Oratio. Sanctiſſimæ Genitricis tuæ ſponſi. *ut ſuprà.*

AD TERTIAM.

Verſ. Ieſus, Maria, Ioſeph.

Verſus.

DEus in adjutorium meum intende. *Reſp.* Domine ad adjuvandum me feſtina.
Gloria Patri, *&c.* Alleluja.

Hymnus.

BEthlehem profectus, cenſum ſoluturus,
Cum prægnante Virgine, ubi naſciturus.

Erat

Erat mundi Dominus, quique mox facturus,
Vt ipsum infantulum esset amplexurus.

Antiph. Salve Patriarcharum decus.

Vers. Ora pro nobis. *Oratio* Sanctissimæ Genitricis, *ut supra.*

AD SEXTAM.

Vers. Iesus, Maria, Ioseph.

Versus.

DEus in adjutorium meum intende. *Resp.* Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri. *&c.* Allel.

Hymnus.

CVm Herodes impius in puerum sæviret,
Gabrielis monitu amplius ne dormiret,
Retulisti sponsæ, ut tecum veniret,
Et accepto parvulo in Aegyptũ iret.

Antiph. Salve Patriarcharum decus.

Vers. Ora pro nobis sancte, *&c.*

Ora-

Oratio. Sanctiſſimæ Genitricis tuæ ſponſi *&c. ut ſuprà.*

AD NONAM.

Verſ. Ieſus, Maria, Ioſeph.

Verſus.

DEus in adjutorium meum intende. *Reſp.* Dñe ad adjuvandum me feſtina.

Gloria Patri, *&c.* Allel.

Hymnus.

HOſtibus defunctis inde receſſiſti,
Et in Galilæam tecum reduxiſti
Puerum, & Sponſam, ſicut didiciſti
Cælitus, & Nazareth humilis vixiſti.

Antiphon. Salve Patriarcharum decus.

Verſ. Ora pro nobis *&c.*

Oratio. Sanctiſſimæ Genitricis tuæ ſponſi *ut ſuprà.*

AD VESPERAS.

Verſ. Ieſus, Maria, Ioſeph.

Verſus.

DEus in adjutorium meum intende.

Reſp.

Resp. Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, & Filio. Allel.

Hymnus.

O Qui Iesum factum duodecim annorum
Perdidisti, tuum lumen oculorum!
Sed inventum posteà in medio Doctorum,
Custodisti sedulus Regem Angelorum.

Antiphon. Salve Patriarcharum decus, & Ecclesiæ sanctæ Dei œconomus, cui panem vitæ, & frumentum electorum conservasti.

Vers. Ora pro nobis sancte Ioseph.

Resp. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio. Sanctissimæ Genitricis tuæ sponsi. *ut suprà.*

AD COMPLETORIVM.

COnverte nos Deus salutaris noster. ℟. Et averte iram tuam à nobis.

Vers.

Digitized by Google

Verſ. Deus in adjutorium meũ intende.

Reſp. Domine ad adjuvandum me feſtina.

Gloria Patri. Sicut erat. Allel.

Hymnus.

FOElix, quem in ulnis Ieſus cum Maria
Tenuit cubantem, dum in agonia
Spiritum efflares, ut directa via
Tenderes ad Patres, functus vita pia.

Antiphon. Salve Patriarcharum decus.

Verſ. Ora pro nobis S. Ioſeph.

Reſp. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oratio. Sanctiſſimæ Genitricis tuæ ſponſi *ut ſuprà.*

Commendatio.

HAs Horas canonicas cum attentione
Dixi, ſancte Ioſeph, tui ratione:
Vt ſis memor mei in oratione:
Vt vivamus ſimul in cæli regione, Amen.

OFFICIVM PARVVM IN CONCEPTIONE immaculatæ B. Virg. MARIÆ,

Vt habetur in Horis quibusdam antiquis.

AD MATVTINVM.

Eia meâ labia nunc annunciate Laudes & prœconia Virginis Beatæ. *Versus.*

Domina in adjutorium meum intende. ℟. Me de manu hostium potenter defende.

Gloria Patri. Sicut erat.

Hymnus.

Salve mundi Domina,
Cælorum Regina:
Salve Virgo virginum,
Stella matutina.
Salve plena grâtiæ,
Clara lux divina:

Mun-

Mundi in auxilium
Domina feſtina.
Ab æterno Dominus
Te præordinavit
Matrem Vnigeniti
Verbi, quo creavit
Terram, pontum, æthera:
Te pulchram ornavit
Sibi ſponſam, in qua
Adam non peccavit.

Verſ. Elegit eam Deus, & præelegit eam.

Reſp. In tabernaculo ſuo habitare facit eam.

Verſ. Domina exaudi orationem meam.

Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

SAncta Maria, Regina cælorum, mater Domini noſtri Ieſu Chriſti, & mundi Domina, quæ nullum derelinquis, & nullum deſpicis; reſpice me Domina clementer oculo pietatis, & impetra mihi apud tuum dilectum Filium cunctorum veniam peccatorum: ut qui nunc

Digitized by Google

tuam sanctam Conceptionem devoto affectu recolo, æternæ in futurum beatitudinis bravium capiam, ipso quem Virgo peperisti donante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & sancto Spiritu vivit & regnat in Trinitate perfecta Deus in sæcula sæculorum, Amen.

℣. Domina exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias.

℣. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

AD PRIMAM.

Versus.

DOmina in adjutorium meũ intende.

Resp. Me de manu hostium potenter defende.

Gloria Patri, & Filio. Sicut

Hymnus.

SÁlve Virgo sapiens,
Domus Dei dicata,

Co-

Columna ſeptemplici,
Menſaque exornata:
Ab omni contagio
Mundi præſervata,
Antè ſancta in utero
Parentis, quàm nata.
Tu Mater viventium,
Et porta es Sanctorum,
Nova Stella Iacob,
Domina Angelorum.
Zabulo terribilis,
Acies caſtrorum,
Portus & refugium
Sis Chriſtianorum.

℣. Ipſe creavit illam in Spiritu ſancto.

℟. Et effudit illam ſuper omnia opera ſua.

℣. Domina exaudi orationem meam. ℟. Et clamor. *Oratio* Sancta Maria. *cum reliquis ut ſuprà.*

AD TERTIAM.

Verſus.

DOmina in adjutorium meū intende. *Reſp.* Me de manu hoſtium potenter defende.
Gloria Patri, & Filio.

Hymnus.

SAlve Arca fœderis,
Thronus Salomonis,
Arcus pulcher ætheris,
Rubus visionis:
Virgo frondens germinis,
Vellus Gedeonis,
Porta clausa Numinis,
Favusque Samsonis.
Decebat tam nobilem
Natum præcavere
Ab originali
Labe matris Evæ,
Almam, quam elegerat,
Genitricem verè,
Nulli prorsus sinens
Culpæ subjacere.

Vers. Ego in altissimis habito.

Resp. Et thronus meus in columna nubis.

Vers. Domina exaudi orationem meam.

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio. Sancta Maria. *cum reliqua ut suprà.*

AD SEXTAM.

Verſus.

DOmina in adjutorium meũ intende. *Reſp.* Me de manu hoſtium potenter defende.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. *&c.*

Hymnus.

SAlve Virgo puerpera,
Templum Trinitatis,
Angelorum gaudium,
Cella puritatis:
Solamen mœrentium,
Hortus voluptatis,
Palma patientiæ,
Cedrus caſtitatis.
Terra es benedicta
Et ſacerdotalis,
Sancta, & immunis
Culpæ originalis.
Civitas Altiſſimi,
Porta Orientalis,
In te eſt omnis gratia,
Virgo ſingularis.

Verſ. Sicut lilium inter ſpinas.

Reſp. Sic amica mea inter filias Adæ,

Verſ. Domine exaudi orat. *&c.*

Oratio. Sancta Maria *cum reliquis ut suprà.*

AD NONAM.

Versus.

DOmina in adjutorium meũ intende.

Resp. Me de manu hostium potenter defende.

Gloria Patri, & Filio, *&c.*

Hymnus.

SAlve urbs refugii,
Turrisque munita
David, progupnaculis
Armisque insignita.
In Conceptione
Charitate ignita,
Draconis potestas
Est à te contrita.
O mulier fortis,
Et invicta Iudith,
Pulchra Abisai virgo,
Verum fovens David:
Rachel curatorem
Aegypti gestavit;
Salvatorem Mundi
Maria portavit.

Vers. Tota pulchra es amica mea.

Resp. Et macula originalis nunquam fuit in te.

Vers.

Vreſ. Domina exaudi orationem meam.

Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio Sancta Maria, *cum reliquis ut ſuprà.*

AD VESPERAS.

Verſus.

DOmina in adjutorium meũ intende. *Reſp.* Me de manu hoſtium potenter defende.

Gloria Patri. Sicut erat. &c.

Hymnus.

SAlve horologium,
Quo retrò gradiatur
Sol in decem lineis;
Verbum incarnatur,
Homo ut ab inferis
Ad ſumma attollatur,
Immenſus ab Angelis
Paulò minoratur.
Solis hujus radiis
Maria corùſcat:
Conſurgens aurora
In conceptu micat;
Lilium inter ſpinas,
Quæ ſerpentis contĕrat

Caput, pulchra ut Luna
Errantes colluſtrat.

Verſ. Ego feci in cælis ut oriretur lumen indeficiens.

Reſp. Et quaſi nebula texi omnem terram.

Verſ. Domina exaudi orationem meam.

Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio. Sancta Maria, *cum reliquis ſupra.*

AD COMPLETORIVM.

Verſus.

COnvertat nos, Domine, tuis precibus placatus Ieſus Chriſtus Filius tuus.

Reſp. Et divertat iram ſuam à nobis.

Verſ. Domine in adjutorium meũ intende.

Reſp. Me de manu hoſtium potenter defende.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

SAlve Virgo florens,
Mater illibata,

Re-

Regina clementiæ;
Stellis coronata:
Supra omnes Angelos
Pura, immaculata,
Atque ad Regis dexteram
Stans veſte deaurata.
Per te, Mater gratiæ,
Dulcis ſpes reorum,
Fulgens ſtella maris,
Portus naufragorum,
Patens cæli janua,
Salus infirmorum,
Videamus Regem
In aula Sanctorum, Amen.

Verſ. Oleum effuſum, Maria, nomen tuum.

Reſp. Servitui dilexerunt te nimis.

Verſ. Domina exaudi orationem meam.

Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

SAncta Maria, Regina cælorũ, Mater Dñi noſtri Ieſu Chriſti, & mundi Domina, quæ nullum derelinquis, & nullum deſpicis; reſpice me Domina clementer oculo pietatis, & impetra mihi,

apud tuum dilectum Filium cum-ctorum veniam peccatorum: ut qui nunc tuam sanctam Conceptionem devoto affectu recolo, æternæ in futurum beatitudinis bravium capiam, ipso quem Virgo peperisti donante Domino nostro Jesu Christo: qui cum Patre & sancto Spiritu vivit & regnat in Trinitate perfecta Deus in sæcula sæculorum, Amen.

℣. Domina exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias. ℣. Et Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace, Amen.

Commendatio.

SUpplices offerimus
Tibi, Virgo pia,
Has Horas canonicas,
Fac nos ut in via
Ducas cursu prospero,
Et in agonia
Tu nobis assiste,
O dulcis Maria, Amen.

Sequens Antiph. à Paulo V. Pont. Max. approbata eſt; qui eamdem unà cum Oratione de immaculata Virginis Conceptione recitantibus centum dierum indulgentias conceſſit.

Antiph. Hæc eſt virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit.

℣. In Conceptione tua, Virgo, immaculata fuiſti.

℟. Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperiſti.

Oratio.

DEVS, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculũ præparaſti; quæſumus, ut ſicut ex morte ejuſdem Filii ſui prævisa, eam ab omni labe præſervaſti, ita nos quoque mundos ejus interceſſione ad te pervenire concedas. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

INDVLGENTIÆ.

VT populus Christianus ad majorem in dies sanctissimæ Dei Matris cultum incitetur, LEO Decimus felicis memoriæ Papa, mille dies Indulgentiarum iis omnibus concessit, qui sonante horologio, Salutationem Angelicam semel in memoriam horæ mysteriique Incarnationis devotè recitaverint: quod & Papa PAVLVS V. *postea confirmavit.*

APPROBATIO.

Imprimatur.

Petrus Episcopus Prorex; & supremus Inquisitor hær. pravitatis in Regno Lusitaniæ.

Michael Archiepiscopus Vlyssiponensis.

Alphonsus Episcopus Conimbricensis.

Fr. Iacobus Episcopus Andomarensis.

EXER-

EXERCITIVM DIVRNVM.

Lingua mea totâ die meditabitur iuſtitiã tuã. *Pſal. 70.*

Duodecim horæ dici. *Sive puncta totum diem dirigentia.*

I.

SEriò recordare te non alio conſilio conditum, quàm ut DEO ſervias & vitam obtineas ſempiternam. *Eccli. 17. Sap. 1.*

2. Apprehende viva fide, cœlum non niſi vi & virtute acquiri, peccato amitti, *Matth. 11. Apoc. 21.*

Ni-

Digitized by Google

3. Nihil te eorum quæ possides potest à morte comitari, nisi opera: siquidem bona, ut vivas, si verò mala, ut pereas in æternum, *Apoc.* 14. 2. *Cor.* 5.

4. Firmiter tibi persuade meriti tempus solum esse hanc vitã, hinc qualis discedis, talis totâ æternitate mansurus es, *Ioan.* 9. *Eccles.* 11.

5. Frequenter expende Deum omnia & singula intúeri clarissimè, eumque rerum testem, & cordis intimi scrutatorem, *Eccles.* 23. *Sap.* 1.

6. Præveni occasiones quibus pravi motus concitantur ac tentationi invitandi fortis resiste, *Iacob.* 4. *Eccles.* 18.

7. Omninò resolve potius quidvis perpeti, quàm animam culpa fœdare læthali, *Dan.* 13. *Rom.* 18.

8. Si fortè lapsus es, alacrior exurge; curre ad medelam, præsertim confessionis & contritionis, *Eccles.* 17. *Ierem.* 3.

9. Erga proximum misericor-

Digitized by Google

cordiam, erga teipſum ſeveritatem exerce, *Luc.* 6. *Cor.* 9.

10. Selige fidelem melioris vitæ ac ſalutis Ducem, cui intimos animi receſſus aperias, cujus conſiliis penitus acquieſcas, *Eccleſ.* 6. *Coloſſ.* 2.

11. Dirige quęcunq; tibi agenda vel perferenda ſunt, ut Deo potiſſimùm placeas, 1. *Corinth.* 10. *Coloſſ.* 3.

12. Vt in bono perſeveres cogita hanc primam eſſe boni operis horam, & audi: *Dixi nunc cœpi: Pſalm.* 76. aut certè cogita eſſe poſtremam & audi; *Noviſſima hora eſt*, 1. *Ioan.* 2.

SEX DOCVMENTA S. Bonaventurę, cuilibet proficere volenti utiliſſima.

IN Conventu Fratrum Minorum Pariſiis converſante B. Bonaventura, tunc Generali Miniſtro, quidam, juvenis Frater, bona indolis & ei ſatis fami-

familiaris, accessit ad eum quâdam vice, & devotè rogavit, ut sibi expo-nere dignaretur; quomodo juventus sua posset in sacro Ordine Minorum conservari sine macula, & ad vitam proficere meliorem. Cui S. Bonaventura cum magno suspirio respondit: Fili mi juvenis, si vis sine macula & querela usque in finem conservari in Religione, hæc tibi sex documenta reconde in animo.

Primum, ut circa orationem & sanctam lectionem jugiter vigiles: quæ duo ut explere possis & ea non perdere, Ecclesiam valdè frequenta die ac nocte, cellam visita super omnia, ita quòd extra eam nunquam inveniaris otiosus, sed semper finito officio vel comestione, vel alterius Obedientiæ mandato, oculis inclinatis tè ibi recolligas.

Secundum: Circa honestatem cordis, & omnium sensuum corporis super omnia stude: quod ut implere valeas, nunquam cum aliqua persona specialem fa-

familiaritatem habeas, ſed omnibus ſis communis, ita quòd nullus poſſit dicere te niſi communem & nulli ſpecialem.

Tertium: Circa cuſtodiam linguę ſtudioſiſſimus eſto, ita quòd nunquam (quando verſaris cum aliis) loquaris niſi neceſſaria: & hoc requiſitus: nec laudes vel vituperes aliquem, abſentem vel præſentem.

Quartum: ſis ſummè ſollicitus dum loqueris cum aliquo, ne unquam referas vel loquaris de his quæ audis ab aliis, niſi talia ſint ædificatoria.

Quintum: Verſetur in corde tuo frequenter paſſio Ieſu Chriſti, memoria beneficiorum Dei, peccatorum tuorum, gaudiorū paradiſi, pœnam inferni, tribulationum & miſeriarum totius mundi.

Sextum: ſis ſollicitus non judicare in corde tuo aut ore aliquem niſi teipſum: & non detrahas alicui vel de aliquo murmures: ſed magis excuſa quantum

potes

potes sine peccato & mendacio. Hæc faciens salvaberis & evades pericula inter fratres & homines.

SEPTEM PSALMI pœnitentiales cum Litaniis & precibus.

Antiph. Ne reminiscaris Domine, *&c.*

Psalmus 6.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valdè: sed tu Domine usquequo.

Convertere Domine & eripe animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

La-

Laboravi in gemitu meo, lavabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratum meum rigabo.

Turbatus eſt à furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.

Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam ſuſcepit.

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertantur & erubeſcant valde velociter.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat, &c.

Pſalmus 31.

BEati quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata.

Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum: nec eſt in ſpiritu ejus dolus.

Quoniam tacui inveteraverunt oſſa

ossa mea : dum clamarem tòtà die.

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua: conversus sum in ærumna mea, dùm configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci: & injustitiam meam non abscondi.

Dixi; confitebor adversum me injustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore opportuno.

Veruntamen in diluvio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione quæ circumdedit me: exultatio mea erue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus: quibus non est intellectus.

In

In camo & freno maxillas eorum conſtringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: ſperantem autem in Domino miſericordia circumdabit

Lætamini in Domino & exultate juſti: & gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio, & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Pſalmus 37.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi: & confirmaſti ſuper me manum tuam.

Non eſt ſanitas in carne mea, à facie iræ tuæ: non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorū meorum.

Quoniam iniquitates meæ ſuper-

pergreſſæ ſunt caput meum : & ſicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me.

Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ: à facie inſipientiæ meæ.

Miſer factus ſum , & curvatus ſum uſque in finem: totâ die cõtriſtatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus : & non eſt ſanitas in carne mea.

Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis : rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine ante te omne deſiderium meum : & gemitus meus à te non eſt abſconditus.

Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea : & lumen oculorum meorũ & ipſum non eſt mecum.

Amici mei , & proximi mei adverſum me appropinquaverunt: & ſteterunt.

Et qui juxta me erant, de longè ſteterunt : & vim faciebant, qui quærebant animam meam.

Et qui

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates : & dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam : & sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens : & non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te Domine speravi: tu exaudies me Domine Deus meus.

Quia dixi, ne quando supergaudeant mihi inimici mei : & dum commoventur pedes mei super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum : & dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo : & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, & confirmati sunt super me : & multiplicati sunt qui oderunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam

ſequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne diſceſſeris à me.

Intende in adjutorium meum: Domine Deus ſalutis meæ.

Gloria Patri, &c.

Pſalmus 50.

Miſerere mei Deus: ſecundùm magnam miſericordiam tuam.

Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam egò cognoſco: & peccatum meũ contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci: ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ

turæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſſopo, & mundabor : lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam : & exultabunt oſſa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis : & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundũ crea in me Deus : & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.

Ne projicias me à facie tua : & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas : & impii ad te convertentur.

Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ : & exaltabit lingua mea juſtitiam tuam.

Domine labia mea aperies : & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique : holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus : cor contritum & humiliatum Deus non despicies.

Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion : ut ædificentur muri Ierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, & holocausta : tunc imponent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 101.

DOmine exaudi orationem meam : & clamor meus ad te veniat.

Nō avertas faciem tuam à me, in quacunque die tribulor : inclina ad me aurem tuam.

In quacunque die invocavero te : velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei : & ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum ut fœnum, & aruit

aruit cor meum : quia oblitus ſum comedere panem meum.

A voce gemitus mei : adhæſit os meum carni meæ.

Similis factus ſum Pelicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nycticorax in domicilio.

Vigilavi , & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.

Totâ die exprobrábant mihi inimici mei : & qui laudabant me, adverſum me jurabant.

Quia cinerem tanquam panem manducabam : & potum meum cum fletu miſcebam.

A facie iræ & indignationis tuæ : quia elevans alliſiſti me.

Dies mei ſicut umbra declinaverunt: & ego ſicut fœnum arui.

Tu autem Domine in æternum permanes : & memoriale tuum in generationem & generationem.

Tu exurgens miſereberis Sion: quia tempus miſerendi ejus , quia venit tempus.

Quoniam placuerunt ſervis tuis lapides & terræ eius miſe-

rebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum Domine: & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificavit Domin' Sion: & videbitur in gloria ſua.

Reſpexit in orationem humilium: & non ſprevit preces eorum.

Scribantur hæc in generatione altera: & populus qui creabitur, laudabit Dominum.

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: Dominus de cælo in terram aſpexit.

Vt audiret gemitus compeditorum: ut ſolveret filios interemptorum.

Vt annuntient in Sion nomen Domini: & laudem ejus in Hieruſalem.

In conveniendo populos in unum: & reges ut ſerviant Domino.

Reſpondit ei in via virtutis ſuæ: paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne revoces me in dimidio die-

dierum meorum: in generatione & generationem anni tui.

Initio tu Domine terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cæli.

Ipſi peribunt, tu autem permanes: & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.

Et ſicut operatorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.

Filii ſervorum tuorum habitabunt: & ſemen eorum in ſæculum dirigetur.

Gloria Patri, *&c.*

Pſalmus 129.

DE profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſervaveris Domine: Domine quis ſuſtinebit.

Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 142.

DOmine exaudi orationem meam: auribus percipe obsecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua justitia.

Et non intres in judicium cum servo tuo: quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi: & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Me-

Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine defecit ſpiritus meus.

Non avertas faciem tuam me: & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

Auditam fac mihi manè miſericordiam tuam: quia in te ſperavi.

Notam fac mihi viam in qua ambulem, quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine vivificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: & in miſericordia tua

tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam: quoniam ego servus tuus sum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Antiphona. Ne reminiscaris Domine delicta nostra, vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris.

LITANIÆ.

KYrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cælis Deus, Miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, Miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, Miserere nobis.

San-

Sancta Trinitas unus Deus, Miserere nobis.
Sancta Maria, Ora pro nobis.
Sancta Dei Genitrix, ora.
Sancta Virgo virginum, ora.
Sancte Michaël, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphaël, ora.
Omnes sancti Angeli & Archangeli, orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum spirituum ordines, orate.
Sancte Ioannes Baptista, ora pro nobis.
Omnes Sancti Patriarchæ & Prophetæ. orate pro nobis.
Sancte Petre, ora pro nobis.
Sancte Paule,
Sancte Andrea,
Sancte Iacobe,
Sancte Ioannes,
Sancte Thoma,
Sancte Iacobe,
Sancte Philippe,
Sancte Bartholomæe,
Sancte Matthæe,
Sancte Thadæe,
Sancte Matthia,

Ora pro nobis.

Sancte Barnaba, ora pro nobis.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes sancti Apostoli & Evangelistæ, orate pro nobis.
Omnes sancti Discipuli Domini, orate pro nobis.
Omnes sancti Innocentes, orate pro nobis.
Sancte Stephane, ora pro nobis.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancti Fabiane & Sebastiane, orate pro nobis.
Sancti Ioannes & Paule, orate.
Sancti Cosma & Damiane, orate.
Sancti Gervasi & Protasi, orate.
Omnes sancti Martyres, orate.
Sancte Silvester,
Sancte Gregori,
Sancte Ambrosi,
Sancte Augustine,
Sancte Hieronyme,
Sancte Martine,
Sancte Nicolae,
} Ora pro nobis.
Omnes sancti Pontifices & Confessores, orate pro nobis.
Omnes sancti Doctores, orate.

San-

Sancte Antoni, Ora pro nobis.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Dominice, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Omnes ſancti Sacerdotes & Levitæ, orate pro nobis.
Omnes ſancti Monachi & Eremitæ, orate pro nobis.
Sancta Maria Magdalena, } Ora pro nobis.
Sancta Agatha,
Sancta Lucia,
Sancta Agnes,
Sancta Cæcilia,
Sancta Catharina,
Sancta Anaſtaſia,
Omnes ſanctæ Virgines & Viduæ, orate pro nobis.
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei, Intercedite pro nobis.
Propitius eſto, Parce nobis Domine.
Propitius eſto, Exaudi nos Domine.
Ab omni malo, Libera nos Domine
Ab omni peccato, Libera.
Ab ira tua, Libera.
A ſubi-

A ſubitanea & improviſa morte,
Ab inſidiis diaboli,
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate,
A ſpiritu fornicationis,
A fulgure & tempeſtate,
A morte perpetua,
Per myſterium ſanctę Incarnationis tuæ,
Per Adventum tuum,
Per Nativitatem tuam,
Per baptiſmum & ſanctum jejunium tuum,
Per crucem & paſſionem, tuam,
Per mortem & ſepulturam tuam,
Per ſanctam reſurrectionem tuam,
Per admirabilem aſcenſionem tuam,
Per adventum Spiritus ſancti Paracliti,
In die Iudicii,

Libera nos Domine.

Peccatores, Te rogamus audi nos.
Vt nobis parcas, Te rogamus.

Vt,

Vt nobis indulgeas,
Vt ad veram pœnitentiam nos perducere digneris,
Vt Eccleſiam tuam ſanctam regere & conſervare digneris,
Vt domnum Apoſtolicum & omnes Eccleſiaſticos ordines in ſancta Religione conſervare digneris,
Vt inimicos ſanctæ Eccleſiæ humiliare digneris,
Vt Regibus & Principibus Chriſtianis pacem & veram concordiam donare digneris,
Vt cuncto populo Chriſtiano pacem & unitatem largiri digneris,
Vt noſmetipſos in tuo ſancto ſervitio confortare & conſervare digneris,
Vt mentes noſtras ad cæleſtia deſideria erigas,
Vt omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas,
Vt animas noſtras, fratrum, pro-

Te rogamus audi nos.

Digitized by Google

propinquorum, & benefactorum noſtrorum ab æterna damnatione eripias,

Vt fructus terræ dare & cõſervare digneris,

Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris,

Vt nos exaudire digneris,

Te rogamus audi nos.

Fili Dei,

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis.

Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. *ſecretò.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

Pſalmus 69.

DEVS in adjutorium meum intende: Domine ad adjuvandum me feſtina.

Con-

Confundantur & revereantur: qui quærunt animam meam.

Avertantur retrorſum; & erubeſcant: qui volunt mihi mala.

Avertantur ſtatim erubeſcentes: qui dicunt mihi, Euge, euge.

Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te: & dicant ſemper, Magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum.

Ego vero egenus & pauper ſum: Deus adjuva me.

Adjutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

Sicut erat, &c.

℣. Salvos fac ſervos tuos. ℟. Deus meus ſperantes in te. ℣. Eſto nobis Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣. Domine non ſecundùm peccata noſtra facias nobis. ℟. Neque ſecundùm iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Oremus pro Pontifi-

tifice noſtro N. ℟. Dominus conſervet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum ejus. ℣. Oremus pro benefactoribus noſtris. ℟. Retribuere dignare Dñe omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam, Amen. ℣. Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. ℣. Pro fratribus noſtris abſentibus. ℟. Salvos fac ſervos tuos, Deus meus, ſperantes in te. ℣ Mitte eis Domine auxilium de ſancto. ℟. Et de Sion tuere eos. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

DEVS, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere: ſuſcipe deprecationem noſtram: ut nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena conſtrin-

ſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſolvat.

EXaudi, quæſumus Domine, ſupplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem.

INeffabilem nobis, Domine, miſericordiam tuam clementer oſtende, ut ſimul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, averte.

OMnipotens ſempiterne Deꝰ, miſerere famulo tuo Pontifici noſtro N. & dirige eum, ſecundùm tuam clementiam, in viam ſalutis æternæ: ut te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

DEus, à quo ſancta deſideria, recta conſilia, & juſta ſunt opera-

opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

De negligentia, torpore & omiſſione ſacrorum deſideriorum, orationum mentalium, & vocalium, officiorum orandi pro benefactoribus & amicis. De oblivione peccatorum in confeſſione; omiſſione pœnitentiarum injunctarum in confeſſione & capitulo; de negligentia veniendi ad communitatem tam ſpiritualem quàm corporalem.

De peccatis cordis: puta de ſuperbia, præſumptione, vana gloria, ambitione, aliorum contemptu: de temerariis judiciis & ſuſpicionibus: De ira, impatientia, triſtitia, odio, rancore, invidia, de malis cogitationibus, luxuriæ, vel mundalium bellorum, patriæ, parentum, ſæcularium rerum, & de omni af-

fe-

fectione terrena & cordis immunditia.

De peccatis oris, puta de fractione ſilentii, de verbis otioſis detractionibus, murmurationibus, de jactantia de verbis ſimulatoriis de contentionibus, de riſu & cachinnis.

De peccatis operis: puta de inobedientia quia non obediviſti humiliter, libenter, hilariter, ſimpliciter, perſeveranter, feſtinanter.

De parvo zelo paupertatis; in comedendo, bibendo, in libris, ſandaliis & tunicis: ſi habuiſti ſuperflua ſive in cella, ſive alibi: ſi ſine licentia aliquid retines vel accepiſti aut alicui conceſſiſti: Si nimiam affectionem habuiſti ad aliquod cubiculum, ſive librum, aut aliquam rem. Et ſi non es reſignatus illam conſignare Prælato vel Fratri accommodare, vel tenes ut tuam, vel abſcondis à Prælato vel Fratribus.

De caſtitate: de inhoneſtis & no-

nocivis cogitationibus quibus non resistis sicut potes : de delectationibus morosis : præsertim dic tuam culpam si fuit in Ecclesia vel sub oratione : de somnio inhonesto si postea complacuisti in eo : de pollutionibus nocturnis, an expergefactus, de illis doluerit ; vel ante somnum eis causam dederis : de tactu, aspectu, curioso & vano.

De colloquio & libenti auditu verborum scurrilium, detractionum & aliorum malorum & vanorum : De excessu in comedendo & bibendo : nimis avidè & curiosè, attentè, festinanter, ardenter, desiderando meliora, lectione contempra : de malis exemplis : & perturbationibus Fratrum & sæcularium : solutione jejunii.

De multis bonis quæ potuisti facere & non fecisti, & multis aliis malis quæ commisisti, dic tuam culpam. &c.

Bre-

Brevis actus contritionis.

O Amantissime IESV, Deus meus, quem mei amor cruci affixit, Iesu ipsa amabilitas infinita, amo te toto corde super omnia. Et ex hoc tui amore vehementissimè doleo, mi Deus, quem nunc summè diligo, me unquam peccatum, quod bonitati tuæ infinitæ contrarium est & displicet, commisisse. O! non feciſſem rem tam detestabilem, & tibi optimo, Amantissimo Deo sic, adversam: pœnitet me; & firmiter propono, omne peccatum deinceps super omne aliud malum vitare, integrè confiteri, & omne id præstare quod tua lex sanctissima requirit. Confido etiam in bonitate & misericordia tua infinita, quod per merita preciosi sanguinis tui mihi remissurus sis omnia delicta mea,

Amen.

Absolutio plenaria, impertienda Fratri in agone existenti, auctoritate privilegiorum Ordinis.

Dicto Confiteor, *&c. ex parte infirmi, Sacerdos subjungat*, Misereatur, *&c.* Indulgentiam *&c. Deinde.*

DOminus noster Iesus Christus per merita suæ sanctissimę Passionis te absolvat, & gratiam suam tibi infundat: & ego auctoritate ipsius, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & summorum Pontificum mihi in hac parte commissa & tibi concessâ, absolvo te ab omni vinculo excommunicationis, sententia suspensionis & interdicti, dispensando tecum in omni irregularitate si quam contraxisti, & restituo te unioni & participationi fidelium, nec non sanctis Sacramentis Ecclesiæ. Eâdem auctoritate ego absol-

ſolvo te ab omni tranſgreſſione votorum tui ordinis & ſtatutorum, Papalium, Generalium, Provincialium, Cuſtodalium, Localium & Synodalium, quorumcunque. Eâdem auctoritate obſolvo te ab omni divino Officio malè perſoluto, horis indebitè tranſpoſitis vel dimiſſis. Item eâdem auctoritate abſolvo te ab omnibus peccatis tuis, quibus contra Deum, fragilitate humana, ignorantiâ vel malitiâ deliquiſti, concedens tibi remiſſionem & indulgentiam plenariam omnium peccatorum tuorum confeſſorum & cunctorum quorum etiam non recordaris aut oblitus fuiſti: in quantum claves Eccleſiæ ſe extendunt. Item eâdem auctoritate ego abſolvo te à pœnis purgatorii, quas pro peccatis commiſſis & delictis in hoc mundo perpetratis meruiſti: reſtituendo te illi innocentiæ, in qua eras quando baptizatus fuiſti: In nomine Patris, ✝ & Filii, ✝ & Spiritus ✝

sancti, Amen. Quod si hac vice non decesseris, reservo tibi hanc gratiam usque ad extremum mortis tuæ articulum.

Forma Absolutionis Generalis publicæ.

Misereatur vestri, &c. Indulgentiam, &c.

DOminus noster Iesu Christus per suam piissimam misericordiam & per merita suæ sacratissimæ Passionis vos absolvat, & ego auctoritate ipsius Dei omnipotentis & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, nec non auctoritate privilegiorum per quoscunque Romanæ Ecclesiæ Pontifices sacro Ordini nostro indultorum, absolvo vos à sententiis excommunicationis, suspensionis & interdicti, dispensando Vobiscum in omni irregularitate si in quam incidistis: & restituo vos communioni fidelium & Sacramentis Ecclesiæ.

leſiæ. Abſolvo etiã vos à tranſ-
greſſione Regulę & ſtatutorum,
relaxando pœnas in eis conten-
tas. Abſolvo etiam vos ab om-
nibus peccatis veſtris In nomi-
ne Patris, ✠ & Filii, ✠ &
Spiritus ✠ ſancti, Amen.

Benedictio Dei Patris Omni-
potentis, & Filii, & Spiritus
ſancti: interceſſio glorioſæ Vir-
ginis Mariæ, beati Patris noſtri
Franciſci, beatæ Claræ, & om-
nium Sanctorum deſcendat ſu-
per Congregationem hanc &
maneat ſemper, Amen.

Forma abſolvendi illos qui nunquã fuerunt Catholici.

DOminus noſter Ieſus Chri-
ſtus te abſolvat, & ego au-
ctoritate ipſius, & ſanctorum A-
poſtolorum Petri & Pauli, nec
non ſanctiſſimi Domini noſtri
Papæ N mihi cõmiſsâ, & hacte-
nus nondum revocata, abſolvo
te ab omni vinculo excommuni-
cationis, quo teneris propter

hæresim, in qua ab incunabulis vixisti: & incorporo te gremio sanctæ Matris Ecclesiæ, communioni fidelium, & participationi Sacramentorum ejusdem Sanctæ, Romanæ, Catholicæ, & verè Apostolicæ Ecclesiæ: deinde eidem auctoritate absolvo te ab omnibus peccatis tuis: In nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ sancti, Amen.

Forma absolvendi Apostatas à Fide.

DOminus noster Iesus Christus te absolvat, & ego auctoritate ipsius, & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, nec non Sanctissimi Dñi nostri Papæ N. mihi commissa, & tibi concessa: Absolvo te ab omni vinculo excommunicationis, quam incurristi propter Apostasiam à Fide, & errores quos fortassis etiam aliis tradidisti, & restituo te gremio sanctæ Matris Ecclesiæ, communioni fidelium, & par-

participationi Sacramentorum ejuſdem, Sanctæ, Romanæ, Catholicæ, & verè Apoſtolicæ Eccleſiæ, deinde eâdem auctoritate abſolvo te ab omnibus peccatis: In nomine Patris ✝, & Filii ✝, & Spiritus ✝S. Amen.

ORDO COMMENdationis animæ.

Primùm dicuntur Litaniæ breves in hunc modum:

KYrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Sancta MARIA, Ora pro eo.
Omnes ſancti Angeli & Archangeli, Orate pro eo.
Sancte Abel, Ora.
Omnis Chorus Iuſtorum, Orate.
Sancte Abraham, Ora.
Sancte Ioannes Baptiſta, Ora.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ, Orate.
Sancte Petre, Ora.
Sancte Paule, Ora.
Sancte Andrea, Ora.

Sancte Ioannes, Ora pro eo.
Omnes sancti Apostoli & Evangelistæ, Orate pro eo.
Omnes sancti Innocentes, Orate.
Sancte Stephane, Ora.
Sancte Laurenti, Ora.
Omnes sancti Martyres, Orate.
Sancte Silvester, Ora.
Sancte Augustine, Ora.
Omnes sancti Pontifices & Confessores, Orate.
Sancte Benedicte, Ora.
Sancte Francisce, Ora.
Omnes sancti Monachi & Eremitæ, Orate.
Sancta Maria Magdalena, Ora.
Sancta Lucia, Ora.
Omnes sanctæ Virgines & Viduæ, Orate pro eo.
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei, Intercedite pro eo.
Propitius esto, Parce ei Dñe.
Propitius esto, Libera eum Dñe.
Propitius esto, Libera eum Dñe.
Ab ira tua, Libera.
A mala morte, Libera.
A pœnis inferni. Libera.
Ab omni malo, Libera.

A poteſtate diaboli,
Per Nativitatem tuam,
Per Crucem & Paſſionem tuam,
Per mortem & ſepulturam tuam,
Per glorioſam Reſurrectionem tuam,
Per admirabilem Aſcenſionem tuam,
Per gratiam Spiritus ſancti Paracliti,
In die judicii,
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Vt ei parcas, Te rogamus audi nos.

Libera eum Domine.

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.

Deinde cùm in agonia ſui exitu anima anxiatur, dicantur ſequentes Orationes.

Oratio.

PRoficiſcere anima Chriſtiana de hoc mundo, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te creavit: In nomine Ieſu Chriſti

Filii Dei vivi, qui pro te passus est : in nomine Angelorum, & Archangelorũ: in nomine Thronorum & Dominationum : in nomine Principatuum & Potestatum : in nomine Cherubim & Seraphim : in nomine Patriarcharum & Prophetarum : in nomine sanctorum Apostolorũ & Evangelistarum : in nomine sanctorum Martyrum & Confessorum: In nomine sanctorum Monachorum & Eremitarum : in nomine Virginum, & omniũ Sanctorum & Sanctarum Dei. Hodie sit in pace locus tuus, & habitatio tua sit in sancta Sion. Per eundem Christum Dominũ nostrum. *Resp.* Amen.

Oratio.

DEVS misericors, Deus clemens, Deus qui secundùm multitudinem miserationum tuarum peccata pœnitentium deles, & præteritorum criminum culpas venia remissionis evacuas, respice propitius super hunc famulum tuum N. & re-

remiſſionem ſibi omnium pec-
catorum ſuorum tota cordis
confeſſione poſcentem deprecā-
tus exaudi. Renova in eo piiſ-
ſime Pater, quidquid terrena
fragilitate corruptum, vel quid-
quid diabolica fraude violatum
eſt: & unitati corporis Eccleſiæ
membrum redemptionis annec-
te. Miſerere Domine gemitu-
um, miſerere lachrymarum ejus,
t non habentem fiduciam niſi
a miſericordia tua, ad tuæ Sa-
amentum reconciliationis ad-
mitte. Per Chriſtum Dominum
oſtrum. *Reſp.* Amen.

Ommendo te omnipotenti
Deo, chariſſime frater, & ei
jus es creatura committo; ut
m humanitatis debitum mor-
interveniente perſolveris, ad
ctorem tuum, qui te de limo
ræ formaverat, revertaris.
redienti itaque animæ tuæ
corpore ſplendidus Angelo-
n cœtus occurrat: Iudex A-
tolorum tibi ſenatus adve-
t; Candidatorum tibi Mar-

tyrum triumphator exercitus obviet. Liliata rutilantium te Confessorum turma circumdet; Iubilantium te Virginum chorus excipiat: & beatæ quietis in sinu Patriarcharum te complexus astringat: mitis, atque festivus Christi Iesu tibi aspectus appareat, qui te inter assistentes sibi jugiter interesse decernat. Ignores omne quod horret in tenebris, quod stridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus Satanas cum satellitibus suis: in adventu tuo te comitantibus Angelis, contremiscat, atque in æternæ noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus & dissipentur inimici ejus, & fugiant qui oderunt eum à facie ejus: Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei: & justi epulentur & exultent in conspectu Dei. Confundantur igitur, & erubescant omnes tartareæ legiones & ministri sata-

næ

næ iter tuum impedire non au-
leant : Liberet te à cruciatu
Chriſtus, qui p te crucifixus eſt.
Liberet te à morte Chriſtus, qui
pro te mori dignatus eſt. Con-
ituat te Chriſtus Filius Dei vi-
i, intra paradiſi ſui ſemper a-
nœna virentia, & inter oves
uas te verus ille Paſtor agno-
at. Ille ab omnibus peccatis
uis te abſolvat, atque ad dex-
eram ſuam in Electorum ſuo-
um te ſorte conſtituat. Redem-
torem tuum facie ad faciem
deas, & præſens ſemper affi-
ens manifeſtiſſimam beatis o-
tlis aſpicias veritatem. Con-
itutus igitur inter agmina
atorum contemplationis di-
æ dulcedine potiaris in ſæ-
la ſæculorum. ℟. Amen.

Oratio.

Vſcipe Domine ſervum tuum
in locum ſperandæ ſibi ſalva-
nis à miſericordia tua.
℟. Amen.

Li-

Libera Domine animam ſervi tui ex omnibus periculis inferni, & de laqueis pœnarum, & ex omnibus tribulationibus. *Reſp.* Amen.

Libera Dñe animam ſervi tui, ſicut liberaſti Enoch & Eliam de communi morte mundi. *Reſp.* Amen.

Libera Dñe animam ſervi tui, ſicut liberaſti Noë de diluvio. *Reſp.* Amen.

Libera Dñe animam ſervi tui, ſicut liberaſti Abraham de Vr Chaldeorum. *Reſp.* Amen.

Libera Dñe animam ſervi tui, ſicut liberaſti Iob de paſſionibus ſuis. *Reſp.* Amen.

Libera Dñe animam ſervi tui, ſicut liberaſti Iſaac de hoſtia, & de manu patris ſui Abrahę. *Reſp.* Amen.

Libera Dñe animam ſervi tui, ſicut liberaſti Loth de Sodomis, & de flamma ignis. *Reſp.* Amen.

Libera Dñe animam ſervi tui, ſicut

ſicut liberaſti Moyſen de manu Pharaonis Regis Aegyptiorum. *Reſp.* Amen.

bera Dñe animam ſervi tui, ſicut liberaſti Danielem de lacu Leonum. *Reſp.* Amen.

ɔera Dñe animam ſervi tui, ſicut liberaſti tres pueros de amino ignis ardentis, & de manu Regis iniqui.

Reſp. Amen,

ɔera Dñe animam ſervi tui, ſicut liberaſti Suſannam de alſo crimine. *Reſp.* Amen.

era Dñe animam ſervi tui, cut liberaſti David de manu egis Saul, & de manu Goliæ.

eſp. Amen,

era Dñe animam ſervi tui, çut liberaſti Petrum & Paum de carceribus. *Reſp.* Amen.

icut Beatiſſimã Teclam virnem & martyrem tuam, de ibus atrociſſimis tormentis beraſti, ſic liberare digneris timam ſervi hujus, & tecum cias in bonis cõgaudere cæſtibus. *Reſp.* Amen.

Ora-

Gratio.

COmmendamus tibi Domine animam famuli tui N. precamurque te Domine Iesu Christe Salvator mundi, ut propter quam ad terram misericorditer descendisti, Patriarcharum tuorum finibus insinuare non renuas. Agnosce Domine creaturam tuam non ex diis alienis creatam, sed à te solo Deo vivo & vero: quia non est alius Deus præter te, & non est secundùm opera tua. Lætifica Dñe animam ejus in conspectu tuo, & ne memineris iniquitatum ejus antiquarum, & ebrietatum quas suscitavit furor sive fervor mali desiderii. Licet enim peccaverit tamen Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, non negavit, sed credidit: & zelum Dei in se habuit & Deum qui fecit omnia, fideliter adoravit,

℟. Amen.

Oratio.

DElicta juventutis, & ignorantias ejus, quæsumus ne memineris Domine, sed secundùm magnam misericordiam tuam memor esto illius in gloria claritatis tuæ. Aperiantur ei cæli, collætentur illi Angeli. In regnum tuum Dñe servum tuum suscipe. Suscipiat eum sanctus Michaël Archangelus Dei qui militiæ cælestis meruit principatum. Veniant illi obviam sancti Angeli Dei & perducant eum in civitatem cælestem Ierusalem: Suscipiat eum beatus Petrus Apostolus, cui à Deo claves regni cælestis traditæ sunt. Adjuvet eum sanctus Paulus Apostolus, qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro eo sanctus Ioannes electus Dei Apostolus, cui revelata sunt secreta cælestia. Orent pro eo omnes sancti Apostoli, quibus à Domino data est potestas ligandi atq; solvendi. Intercedant pro eo o-

mnes

mnes Sancti Dei, qui pro Christi nomine tormenta in hoc sæculo sustinuerunt, ut vinculis carnis exutus pervenire me reatur ad gloriam regni cælestis, præstante Domino nostro Iesu Christo. Qui cum Patre & Spiritu sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Si anxiatur adhuc anima, dicuntur hi Psalmi, videlicet.

Confitemini Domino. *Et totus Psal.* Beati Immaculati. *per horas distributus.*

Egressa autem anima, dicitur hoc.

℣. Subvenite sancti Dei, occurrite Angeli Domini: Suscipientes animam ejus: Offerentes eam in conspectu Altissimi.

℟. Suscipiat te Christus qui vocavit te, & in sinum Abrahæ Angeli deducant te. Suscipientes.

℣. Requiem æternam dona ei Domine, & lux perpetua luceat ei. Offerentes.

De-

Deinde Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Pater noſter. *ſecretò.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Requiem æternam dona ei Domine.

℟. Et lux perpetua luceat ei.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Dñe animam ejus.

℣. Requieſcat in pace.

℟. Amen.

℣. Domine exaudi. *&c.*

℟. Et clamor meus. *&c.*

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

TIbi Domine commendamus animam famuli tui N. ut defunctus ſæculo tibi vivat: & quæ per fragilitatem humanæ converſationis peccata commiſit, tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum Dominum noſtrum,

℟. Amen.

BENE-

BENEDICTIO Mensæ.

Ante prandium Sacerdos benedicturus mensam, incipit. Benedicite. *& alii repetunt* Benedicite. *Deinde dicit: Vers.* Oculi omnium; *&c. & alii prosequuntur:* In te sperant Domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Gloria Patri. Sicut erat. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. *secretò.*

Vers. Et ne nos inducas in tentationem.

Resp. Sed libera nos à malo.

Sacerdos dicit: Oremus.

BEnedic, Domine, nos, & hæc tua dona, quæ de tua largitate sumus sumpturi. Per Christum Dominum nostrum,

Resp. Amen.

Deinde

Deinde Lector: Iube Domne benedicere. *Benedictio.*

MEnsæ cælestis participes faciat nos Rex æternæ gloriæ. *Resp.* Amen.

Post prandium aguntur gratiæ hoc modo: dicto à Lectore, Tu autem Dñe miserere nobis. *Resp.* Deo gratias. *Omnes surgunt Sacerdos incipit. Vers.* Confiteantur tibi Dñe omnia opera tua. *Resp.* Et sancti tui benedicant tibi. *Vers.* Gloria Patri. *Resp.* Sicut erat. *&c.*

Sacerdos absolutè dicit:

AGimus tibi gratias omnipotens Deus, pro universis beneficiis tuis: Qui vivis & regnas sæcula sæculorum, Amen.

Deinde alternatim dicitur. Psal. Miserere, *vel Psal.* Laudate Dominum omnes Gentes, *in fine.* Gloria Patri. Sicut erat. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. *Sacerdos dicit*: Pater noster. *Vers.* Et ne nos inducas in tentationem. *Resp.* Sed libera nos à malo. *Vers.* Dispersit dedit

dit pauperibus. *Resp.* Iustitia ejus manet in sæculum sæculi. *Vers.* Benedicam Dominum in omni tempore. *Resp.* Semper laus ejus in ore meo. *Vers.* In Domino laudabitur anima mea. *Resp.* Audiant mansueti & lætentur. *Vers.* Magnificate Dominum mecum. *Resp.* Et exaltemus nomen ejus in idipsum. *Vers.* Sit nomen Domini benedictum. *Resp.* Ex hoc nunc & usque in sæculum.

Deinde sine Oremus.

REtribuere dignare, Domine, omnibus nobis bona facientibus, propter nomen tuum vitam æternam. *Resp.* Amen.

Vers. Benedicamus Domino.

Resp. Deo gratias.

Vers. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. *Resp.* Amen.

Pater noster. *secretò. Quo finito dicit Sacerdos:* Deus det nobis suam pacem. *Resp.* Amen.

Ante

Ante cœnam Sacerdos benedictum menſam incipit: Benedicite: *alii repetunt*: Benedicite. *Deinde Sacerdos incipit*: *Verſ.* & *alii ſequuntur.*

EDent pauperes, & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum, vivent corda eorum in ſæculum ſæculi. Gloria Patri. Sicut erat. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, *ſecretò.* Et ne nos inducas in tentationem. *Reſp.* Sed libera nos à malo.

Sacerdos dicit: Oremus.

BEnedic, Domine, nos, & hæc tua dona, quæ de tua largitate ſumus ſumpturi. Per Chriſtum Dñm noſtrum. ℟. Amen.

Lector: Iube Domne, *&c.*

AD cœnam vitæ æternæ perducat nos Rex æternæ gloriæ, *Reſp.* Amen.

In fine cœnæ dicitur.

℣. Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus: eſcam dedit timentibus ſe. Gloria Patri, Sicut erat. *&c.*

Sa-

Sacerdos dicit.

BEnedictus Deus in donis suis & sanctus in omnibus operibus suis, qui vivit & regnat in sæcula sæculorum, ℟. Amen.

Deinde alternatim dicitur Psalm. Laudate Dominum omnes Gentes. *Et reliqua ut suprà. Quando semel comeditur, omnia dicuntur ut in cœna.*

Prædictus modus benedicendi mensam; & agendi gratias, servatur omni tempore, præterquam diebus infrascriptis, quibus Versic. & Psalm. tantum variantur.

In Nativitate Domini usque ad cœnam Vigiliæ Epiphaniæ exclusivè dicuntur.

℣. Verbum caro factum est, Alleluja. ℟. Et habitavit in nobis, Alleluja. Gloria Patri, &c.

In fine dicitur: ℣. Notum fecit Dñs, Alleluja. Salutare suum Alleluja. *alia ut suprà*

Psal. 97

Pſalmus 97.

Cantate Domino canticum novum: quia mirabilia fecit.

Salvavit ſibi dextera ejus: & brachium ſanctum ejus

Notum fecit Dominus ſalutare ſuum: in conſpectu gentium revelavit juſtitiam ſuam.

Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ: & veritatis ſuæ domui Iſrael.

Viderunt omnes termini terræ: Salutare Dei noſtri.

Iubilate Deo omnis terra: cantate, & exultate, & pſallite.

Pſallite Domino in cithara, in cithara & voce pſalmi: in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.

Iubilate in conſpectu Regis Dñi: moveatur mare, & plenitudo ejus, orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, ſimul montes exultabunt à conſpectu Domini: quoniam venit judicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in juſtitia: & populos in æquitate.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat. &c. vel Laudate Dominum omnes Gentes: *qui Psalmus semper ad beneplacitum dici potest etiam aliis solemnitatibus.*

In Epiphania & per totam Octavam.

℣. Reges Tharsis, & insulæ munera offerent, Alleluja. Reges Arabum & Saba dona adducent, Alleluja. Gloria Patri. &c.

In fine dicitur: ℣. Omnes de Saba venient, Alleluja. Aurum & Thus deferentes, Alleluja. Gloria Patri. Sicut erat. &c.

Psalmus 71.

DEus judicium tuum regi da & justitiam tuã filio regis Iudicare populum tuum in justitia: & pauperes tuos in judicio.

Suscipiant montes pacem populo: & colles justitiam.

Iudicabit pauperes populi: & salvos faciet filios pauperum & humiliabit calumniatorem.

Et

Et permanebit cum ſole, & ante lunam: in generationem & generationem.

Deſcendet ſicut pluvia in vellus: & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram

Orietur in diebus ejus juſtitia, & abundantia pacis donec auferatur luna.

Et dominabitur à mari uſque ad mare: & à flumine uſque ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procident Aethiopes: & inimici ejus terram lingent.

Reges Tharſis, & inſulæ munera offerent: Reges Arabum & Saba dona adducent.

Et adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes ſervient ei.

Quia liberabit pauperem à potente: & pauperem cui non erat adjutor.

Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum ſalvas faciet.

Ex uſuris & iniquitate redimet animas eorum: & honora-

bile nomen eorum coram illo.

Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper: tota die benedicent ei.

Et erit firmamentum in terra in summis montium, super extolletur super Libanum fructus ejus & florebunt de civitate sicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in sæcula: ante solem permanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dñs Deus Israel: qui facit mirabilia solus.

Et benedictum nomen majestatis ejus in æternum: & replebitur majestate ejus omnis terra, fiat, fiat. Gloria Patri.

Fer. V. in Cœna Dñi *nihil aliud dicitur, quã ea, quæ hîc assignantur; absolutè autem dicitur,* ℣. Christus factus est pro nobis obediens. ℟. Vsque ad mortem. *Deinde Pater noster totum secretò, tum signo crucis benedicitur mensa nil dicendo,*

non

non dicitur Iube Domne, neque Tu autem, neque legitur Martyrologium veſperi.

In fine repetitur ℣. Chriſtus factus eſt, ut ſuprà, deinde dicto Pater noſter, toto ſecretò, dicitur alternatim Pſal. Miſerere, ſine Gloria, ſed immediatè & abſolutè ſubiungitur.

℟. Reſpice, quæſumus, Domine ſuper hanc familiam tuam, pro qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus non dubitavit manibus tradi nocentium, & Crucis ſubire tormentum. & ſecretò dicitur. Qui tecum vivit & regnat &c. Dicto Pater noſter toto ſecretò, non dicitur Deus det nobis ſuam pacem, &c.

In Paraſceve idem fit, ſed ad ℣. Chriſtus factus eſt pro &c. additur, Mortem autem crucis.

Sabbato ſancto dicitur: Benedicite. ℟. Benedicite. &c. Veſperi autem Sabbati, quæ lucеſcit in prima Sabbati, allel. ℟. Venit Maria Magdalena & altera Maria videre ſepulchrum, allelujat Gloria Patri & omnia ut in prima bene-

benedictione dicitur: Iube Domne & Tu autem. *legitur vesperi Martyrologium.*

In fine repetitur. Vespere autem *ut supra, reliqua ut in primâ gratiarum actione post cœnam.*

A die Paschæ usque ad cœnam sequentis Sabbati exclusivè pro Oculi omnium, *dicitur* Hæc dies quam fecit Dominus, alleluja. ℣. Exultemus & lætemur in ea, allel. Gloria. *Et deinceps ut supra in prima benedictione.*

In fine repetitur: Hæc dies. &c. Gloria Patri, &c.

Psalmus 117.

CONfitemini Dño quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia ejus.

Dicat nunc Israel quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia ejus.

Dicat nunc domus Aaron: quoniam in sæculum misericordia ejus.

Dicant nunc qui timent Dominum: quoniam in sæculum misericordia ejus.

De tribulatione invocavi Do-
inum : & exaudvit me in lati-
dine Dominus.

Dominus mihi adjutor : non
mebo quid faciat mihi homo.

Dominus mihi adjutor : & e-
o deſpiciam inimicos meos.

Bonum eſt confidere in Domi-
o: quàm confidere in homine.

Bonum eſt ſperare in Domi-
o : quàm ſperare in principi-
is.

Omnes gentes circuierunt me:
in nomine Domini quia ultus
m in eos.

Circumdantes circumdede-
nt me : & in nomine Dñi quia
tus ſum in eos.

Circumdederunt me ſicut a-
s, & exarſerunt ſicut ignis in
inis : & in nomine Domini
ia ultus ſum in eos.

Impulſus everſus ſum ut cade-
m: & Dominus ſuſcepit me.

Fortitudo mea , & laus mea
ominus : & factus eſt mihi in
utem.

Vox exultationis & ſalutis: in

tabernaculis justorum.

Dextera Dñi fecit virtutem: dextera Dñi exaltavit me, dextera Domini fecit virtutem.

Non moriar, sed vivam: & narrabo opera Domini.

Castigans castigavit me Dominus: & morti nō tradidit me.

Aperite mihi portas justitiæ: ingressus in eas confitebor Domino: hæc porta Domini, justi intrabunt in eam.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

Lapidem quem reprobaverunt ædificantes: hic factus est in caput anguli.

A Dño factum est istud: & est mirabile in oculis nostris.

Hæc est dies quam fecit Dominus: exultemus & lætemur in ea.

O Domine salvum me fac: ô Domine bene prosperare: benedictus qui venit in nomine Dñi.

Benedximus vobis de domo Domini: Deus Dominus, & illuxit nobis.

Con-

Constituite diem solennem in condensis: usque ad cornu Altaris

Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

Confitemini Dño quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia ejus.

Gloria Patri, &c.

De Ascensione Domini usque ad Vigiliam Pentecostes exclusivè.

℣. Ascendit Deus in jubilatione, alleluja. Et Dominus in voce tubæ, alleluja. Gloria.

In fine dicitur: ℣. Ascendens Christus in altum, alleluja. Captivam duxit captivitatem, all. Gloria Patri.

Psalmus 46.

OMnes gentes plaudite manibus: jubilate Deo in voce

exultationis.

Quoniam Dominus excelsus, terribilis : rex magnus super terram.

Subjecit populos nobis: & gentes sub pedibus nostris.

Elegit nobis hæreditatem suã speciem Iacob, quam dilexit.

Ascendit Deus in Iubilo : & Dominus in voce tubæ.

Psallite Deo nostro, psallite: psallite Regi nostro psallite.

Quoniam rex omnis terræ Deus: psallite sapienter.

Regnabit Deus super gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam.

Principes populorum congregati sunt cum DEO Abraham: quoniam dii fortes terræ vehementer elevati sunt.

Gloria Patri, *vel* Laud.

In Pentecoste, à Vigilia ejusdem inclusivè, usq; ad cœnam sequentis Sabbati exclusivè.

℣. Spi-

℣. Spiritus Domini replevit orbem terrarum, alleluja. Et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis, alleluja. Gloria &c.

In fine dicitur: ℣. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, alleluja. Et cœperunt loqui, alleluja. Gloria Patri.

Psalmus 47.

MAgnus Dominus, & laudabilis nimis: in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundatur exultatione universæ terræ mons Sion: latera Aquilonis, civitas regis magni.

Deus in domibus ejus cognoscetur: cùm suscipiet eam.

Quoniam ecce Reges terræ congregati sunt: convenerunt in unum.

Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos.

Ibi dolores ut parturientis: in spiritu vehementi conteres naves Tharsis.

Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum in

in civitate Dei nostri: Deus fundavit eam in æternum.

Suscepimus Deus misericordiam tuam: in medio templi tui:

Secundùm nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ: justitia plena est dextera tua.

Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Judæ: propter judicia tua Domine.

Circumdate Sion & complectimini eam: narrate in turribus ejus.

Ponite corda vestra in virtute ejus: & distribuite domos ejus, ut enarretis in progenie altera.

Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum, & in sæculum sæculi: ipse reget nos in sæcula.

Gloria Patri, vel Laudate. *alias ut supra.*

Quinque Officia mortuorum dicenda à Fratribus ſecundùm antiquam Religionis conſuetudinem.

PRimum: Feria ſecunda poſt Domini: Septuageſimæ pro fratribus & benefactoribus noſtris. Oratio. *Deus venia largiter.* &c.

Secundùm: pridie S. Mariæ Magdalenæ: *ut ſuprà.*

Tertium: pridie S. Michaëlis Archangeli: *ut ſuprà.*

Quartum infra Octavam S. P. N. Franciſci, pro hoſpitibus Fratrum noſtrorum.

Quintum ante primam Dominicam Adventus pro parentibus Fratrum noſtrorũ. Oratio: *Deus, qui nos Patrem & Matrem,* &c.

Pro quolibet dictorum officiorum Sacerdotes ſinguli Miſſam celebrent, Clerici recitabunt Vigilias nonem Lectionum, Laici verò dicent 100. *Pater noſter, &* 100. *Ave Maria.*

[†]

Senien-

Sententiæ spirituales sexaginta valde notabiles.

1.

COronam in Religione labor præcedit & pugna.

2. Tutus in Religione vivit, non qui sibi, sed qui Deo vivit.

3. Semper deficit Religiosus, qui in sua vocatione non semper proficit.

4. Religiosus qui aliena curat, sibi suisque deest.

5. Deo servire non potest Religiosus, qui sibi non dominatur.

6. Non quamdiu in Religione fueris, sed quàm bene in ea vixeris, refert.

7. Furtum facit, qui sine fructu in Religione vivit.

8. Quomodo morietur in Domino Religiosus, qui in vita pro Domino non laboravit?

9. Malè utitur cella qui in ea vel non agit cum Christo, vel nō laborat pro Christo.

10. Nescit se amare Religiosus,

ſus, qui nimium ſibi indulget.

11. Vult Deus ſervum ſuum cordatum, non delicatum.

12. Non Deo, ſed ſibi ſervit, qui in Dei ſervitio ſua procurat commoda.

13. Væ, væ illi, qui inter bonos malus eſt.

14. Non eſt humilis Religioſus, qui dedignatur vel non optat ſperni.

15. Non eſt pauper, qui paupertatis non ſentit incommoda.

16. Non eſt caſtus, qui caſtitatis hoſtes non illicò fugat.

17. Nō eſt obediens, qui obediendo proprium ſequitur judicium.

18. Religioſum ornat quidem ſcientia, ſed virtus coronat.

19. Væ tibi, qui alios verbo ædificas, & exemplo deſtruis.

20. Venænum Religioſi, propria voluntas.

21. Cùm per urbem incedis, memento te Religioſum eſſe, non pictorem.

22. Væ Religioſo, cui cordi ma-

Digitized by Google

magis est sanitas quàm sanitas.

23. Servus Dei non vivit ut comedat, sed comedit ut vivat & serviat Deo.

24. Servus Christi pro Dei amore non curat propria incommoda.

25. Religiosus negligens, lætitia dæmonis.

26. Religiosus curiosus, oblivio sui.

27. Quo magis laboras pro Christo, eo plus debes Christo, quia fructus tuus est.

28. Absit à Religioso vocem habere Iacob & manus Esau.

29. Lingua Religiosi, cordis mentisque tuba.

30. Religiosorum exempla, mors & vita sæcularium.

31. Quomodo eris lux mundi, & neque tibi luces?

32. Nescit luerari Christum, qui nescit pati pro Christo.

33. Bonus Religiosus non minus charus est DEO infirmus, quàm sanus.

34. Non erit clamor in valetudinario, ſi patientia fuerit in infirmo, & charitas in infirmatio.

35. Non religiosè vivit, qui venialia non curat.

36. Si venialia in ſæculari diſplicent Deo, nunquid placebunt in Religioſo?

37. Religioſum otioſum dæmon venatur & capit.

38. Religioſus litigioſus, officialis dæmonis.

39. Non eſt familiaris Deo, qui non eſt amicus orationis.

40. Extra ſæculum nondum eſt Religioſus, quem Affinium nimia ſolicitudo tenet.

41. Veluti pilâ ludit dæmon Religioſo vano.

42. Aliis prodeſſe, & ſibi nocere, ſtultitia eſt, non charitas.

43. Bonus Religioſus ſpernit mundum, & gaudet ſe ſperni à mundo.

44. Servus Chriſti ſtudet eſſe ſanctus, & non cupit videri Sanctus.

45. Ni-

45. Nihil Christo dedisti, si ei cor tuum non dedisti.

46. Religiosus fervens, flagellum dæmonum.

47. Religiosus iracundus, fulmen inferni cuncta perturbans.

48. Religiosus mansuetus, decentia status, & ornamentum Religionis.

49. Quid tibi proderit reliquisse, nisi pœnitentiam in Religione egeris?

50. Servus Christi patienter tolerat, parce loquitur, & multùm laborat pro Christo.

51. Religiosus indifferens; Religionis gemma pretiosa.

52. Te reliquisse mundum, bonum est, sed agere ut mundus jam relinquat te melius est.

53. Ille verè est Religiosus, qui verè dicit

DEVS MEVS ET OMNIA.

54. Religiosus proprietarius plus amittit quàm furatur.

55. Inquiete vives, si una in te reguet passio, etiam si reliquæ

quæ mortificatæ ſunt.

6. Non ſuperiorem ſed ſe fallit ſubditus; qui pro *nolle* dicit ſe non poſſe.

7 Qui ſuum ſuperiorem non habet loco Dei, nec Deus habebit eum loco filij.

8. Si in Religione inter bonos non es bonus, quomodo in ſæculo inter malos bonus eris?

9. Qui in Religione pacem vult habere cum fratribus, nomini contradicat.

10. Ingratus Religioſus ille eſt, qui putat ſe plus contuliſſe Religioni quàm accepiſſe ab ea.

ngelica Oratio contra Pe-

m, quam (teſte S. Damaſceno de e orthod. l. 3. c 10.) puer quidam publica ſupplicatione Conſtanti-oli peſte ſæviente, habita, in ſub-e raptus Angelico miniſterio didi-cit, qua uſi Conſtantinopolitani peſte liberati ſunt.

Ancte Deus, Sancte fortis, Sancte immortalis: Miſerere bis.

Ex-

Ex hac Oratione derivatus est pa
ticus in multis locis orandi mos, tem
pore pestis maximè usurpandus q
sequitur:

Medià vitâ in morte sumus, quem quærimus adjutorem nisi te Domine, qui peccatis nostris justè iraseeris! sancte Deus, sancte fortis, sancte immortalis, misericors Salvator, amaræ morti ne tradas nos.

Ne projicias nos in tempore senectutis, cùm defecerit virtus nostra, ne derelinquas nos Dñe.

Repetitur postea: Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte immortalis, misericors Salvator, amaræ morti ne tradas nos.

℣. A peste, & subitanea mala morte libera nos Domine.

℟. A damnatione & morte perpetua salva nos Christe Salvator.

Oremus.

OMnipotens & misericors Deus, respice propitius super populum tuum Majestati tuæ subjectum, & ne nos furor sa-

ſaviens inveniat, dextera tuæ propitiationis præveniat. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Contra tempeſtates & fulmina, dic cum devotione:

TItulus triumphalis IESVS † Nazarenus †, Rex Iudæorum †, defendat me ab omnibus malis. Ecce Crucem Domini † fugite partes adverſæ, vicit Leo de tribu Iuda, radix David, Alleluja.

oſtea dic tribus vicibus hunc Pſalmũ

DEus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.

Vt cognoſcamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus ſalutare tuum.

Cõfiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes; quoniam judicas populos in æqui-

quitate, & gentes in terra di
gis.

Cõfiteantur tibi populi Dei
confiteantur tibi populi o
nes: terra dedit fructum suum

Benedicat nos Deus, Deus n
ster, benedicat nos Deus: & m
tuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, & Filio, & Spir
tui sancto.

Sicut erat in principio, & nun
& semper, & in sæcula sæculo
rum, Amen.

Signa te signaculo ✠, *deinde di*
Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison. Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tenta-
tionem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Salvos fac servos tuos

℟. Deus meus sperantes in te.

℣. Esto nobis Domine turris
fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Domine nõ secundùm pec-
cata nostra facias nobis.

℟. Neque secundùm iniqui-
tates nostras retribuas nobis.

℣. Ni-

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et filius iniquitatis non noceat nobis.

℣. Domine à fulgure & tempeſtate libera nos.

℟. Propter nomen tuum.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne DEVS, parce metuentibus, propitiare ſupplicantibus, vt poſt varios motus & procellarum vim in materiã tuæ laudis tranſeat comminatio tuæ poteſtatis. Per Chriſtum Dominum noſtrũ, Amen.

Deinde dic:

HEli Domine imploro te, ut regnes in me; diligo te, instrue me. Ieſu magne, Ieſu agne, lignare me laudare te. O Rex gloriæ, veni cum pace, Amen.

Collecta.

ADomo tua quæſumus Domine ſpiritales nequitiæ repellan-

lantur, & aërearum discedat
lignitas tempestatum. Per C
tum Dominum nost um.

Deinde dic Evangelium
S. Ioannis.

IN principio erat Verbum
Verbum erat apud DEVM,
Deus erat Verbum. Hoc erat
principio apud Deum. Omn
per ipsum facta sunt; & sine ip
factum est nihil quod factum e
In ipso vita erat, & vita erat lu
hominum: & lux in tenebris lu
cet, & tenebræ eam non compre
henderunt. Fuit homo missus
Deo, cui nomen erat Ioannes
Hic venit in testimonium: ut te
stimonium perhiberet de lumi
ne, ut omnes crederent per il
lum; non erat ille lux, sed ut te
stimonium perhiberet de lumi
ne. Erat lux vera quæ illumina
omnem hominem venientem in
hunc mundum: in mundo erat, &
mundus per ipsum factus est, &
mundus eum non cognovit. In
propria venit, & sui eum non re
ceperunt: quotquot autem rece-

pe-

perunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus: qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate Carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis (& vidimus gloriam ejus, gloriã quaſi Vnigeniti à Patre) plenum gratiæ & veritatis.

Poſtea hanc Orationem.

OMnipotẽs ſempiterne Deus, in cujus conditione cuncta una poſita, cui omnis poteſtas ubjecta eſt, in quo vivimus, movemur, & ſumus: effunde ſuper nos miſericordiam tuam, ut per ignum S. Cru✠cis Salvatoris ñi noſtri Ieſu Chriſti cunctæ emonum noxiæ poteſtates à rritorio iſto diſcedant, & hæc loque tempeſtas neminem læt, fulmina deleat, imbrem ngruentem emittat, terram ebriet; fructus terræ germire faciat, ut populus Chriſtianus ex eo vivat.

Nomen ſacroſanctæ Trinitatis s

O Pa-

Patris, & Filii, & Spiritus san
glorioſæque Virginis Mariæ,
omnium Sanctorum merita
te Ieſu Chriſte, qui vivis &
gnas in ſæcula ſæculorum,
gloriam, laudem & honore
nominis tui, & utilitatem p
puli tui, à grandine omniu
malorum ſpirituum nos prot
gat, & à noxiis tempeſtatibus
tonitruis & omni poteſtate m
ligni nos liberet benedictio De
Patris ✝, & Filii ✝, & Spiritu
✝ ſancti, Amen.

Benedictio Chordularum.

℣. Adiutorium noſtrum &c.
℟. Qui fecit cælũ & terram.
℣. Sit nomen Dñi benedictum.
℟. Ex hoc nunc & uſque &c.
℣. Domine exaudi. &c.
℟. Et clamor meus. &c.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui ut ſervum ſolveres
Filium tuum funibus ligari
voluiſti, bene ✝ dic quæſumus
ſhoc-

chordam iſtam, & præſta, ut famulus tuus, qui ea velut ligamine pœnitentiali cingetur, vinculorum ejuſdem Dñi noſtri Jeſu Chriſti perpetuò memor exiſtat, & in Confraternitate, in quam aſſumitur, ſalubriter perſeverans, tuis cum effectu ſemper obſequiis ſe alligatum eſſe cognoſcat. Per Dñm noſtrum. &c.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus qui peccatoribus veniam & miſericordiam quærentibus; tuæ propitiationis indulgentiam tribuis: Oremus immenſam Clementiam tuam, ut hanc chordam bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare digneris, ut qui ea pro peccatis ſuis cinctus fuerit, & immenſam pietatem tuam imploraverit, veniam & indulgentiam tuæ ſanctæ miſericordiæ conſequatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Cingendo Cõfratrem dicat:

PRæcingat te Dominus cingulo puritatis & Confraternitatis nostræ, & extinguat in lumbis tuis humorem libidinis; ut maneat in te virtus continentiæ & castitatis. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Pax tecum.

LITANIÆ SACRÆ pro fidelibus vita defunctis.

KYrie eléison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cælis Deus, Miserere omnium fidelium defunctorum.
Filii Redemptor mundi Deus, Miserere omnium fidelium defunctorum.
Spiritus sancte Deus, Miserere omnium fidelium defunctorum.

Sancta

Sancta Trinitas unus Deus, Miſerere omnium fidelium defunctorum.
Sancta Maria, Ora pro fidelibus defunctis.
Sancta Dei Genitrix, Ora pro fidelibus defunctis.
Sancta Virgo Virginum, Ora pro fidelibus defunctis.
Sancte Michaël, Ora pro fidelibus defunctis.
Omnes ſancti Angeli & Archangeli, Orate pro fidelibus defunctis.
Sancte Ioannes Baptiſta, Ora pro fidelibus defunctis.
Sancte Petre, Ora pro fidelibus defunctis.
Sancte Ioannes, Ora pro fidelibus defunctis.
Omnis ſancti Apoſtoli & Evangeliſtæ, Orate pro fidelibus.
Sancte Stephane, Ora pro fidelibus defunctis.
Sancte Laurenti, Ora pro fidelibus defunctis.
Omnes ſancti Martyres, Orate pro fidelibus defunctis.

Sancte Gregori, Ora pro fidelibus defunctis.

Sancte Ambrosi, Ora pro fidelibus defunctis.

Omnes sancti Pontifices & Confessores, Orate pro fidelibus defunctis.

Sancta Maria Magdalena, Ora pro fidelibus defunctis.

Sancta Catharina, Ora pro fidelibus defunctis.

Omnes sanctæ Virgines & Viduæ, Orate pro fidelibus defunctis.

Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercedite pro fidelibus defunctis.

ropitius esto, Parce eis Dñe.
ropitius esto, Exaudi eos Dñe.
b omni malo, Libera eos Dñe.
) ira tuæ,
potestate diaboli,
lamma ignis,
egione umbræ mortis,
immaculatam Conceptionem tuam,
Nativitatem tuam,
dulcissimum Nomen
ius,

} Libera eos Dñe.

Per

Per multitudinem miserationum tuarum.
Per acerbissimam Passionem tuam,
Per sanctissima Vulnera tua,
Per pretiosissimum Sanguinem tuum,
Per ignominiosam mortem, qua nostram moriendo destruxisti,
Liberacos Dñe.

Peccatores, Te rogam⁹ audi nos.

Qui Mariam absoluisti, & latronem exaudisti,
Qui salvandos salvas gratis,
Vt parentes, propinquos, & benefactores nostros, à pœnis inferni eripere digneris,
Vt omnes fideles defunctos ab æterna damnatione liberare digneris,
Vt desiderium ipsorum adimplere digneris,
Vt Angelorum cœtus eis splendidus subveniat,
Vt eis Patriarcharum & Prophetarũ cuneus occurat,
Vt omnium fidelium defunctorum,
Te rogamus audi nos.

ctorum, quorum specialis in terra memoria non habetur, misereri digneris,
Vt eis omnibus parcere & indulgere digneris,
Vt eos glorioſus Apoſtolorum chorus excipiat,
Vt candidatorum Martyrum triumphans exercitus eos lætus circumdet,
Vt eos ſanctorum Confeſſorum agmen deducat,
Vt jubilantium Virginum eos corona comitetur,
Vt ad auctorem ſuum, qui eos de limo terræ formavit, redire valeant,
Vt mitis atque dulcis Ieſu eis aſpectus benignus appareat,
Vt ad dexteram tuam inelectorum conſortium eos recipias,
Fili Dei, fons pietatis,
Rex tremendæ majeſtatis,
Qui claves habes mortis & inferni,

Agnus

nus Dei, qui tollis peccata
undi, Dona eis requiem.
nus Dei, qui tollis peccata
undi, Dona eis requiem.
nus Dei, qui tollis peccata
undi, Dona eis requiem.
mpiternam.
iste audi nos.
iste exaudi nos.
ie eleison Christe eleison.
ie eleison Pater noster.

Psalmus 129.

E profundis clamavi ad te
Domine : Domine exaudi
m meam.
ant aures tuæ intendentes:
ocem deprecationis meæ.
i iniquitates observaveris
ine: Domine quis sustine-

ia apud te propitiatio est:
opter legem tuam sustinui
mine.
stinuit anima mea in verbo
: speravit anima mea in Do-
.
ustodia matutina usque ad
m : speret Israel in Dño.

Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimiet Israel ex omnibus iniquitatibus ejus.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.

℟. Et lux perpetua luceat eis.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Fidelium Deus omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum.

Amen.

Bayerische Staatsbibliothek München

Digitized by Google


Digitized by Google


Digitized by Google


Digitized by Google



Digitized by Google